A sortibus est credendū. Cū priuilegia singulorū (vt ait Hiero.) cōem legē oīno facere nō possunt. Dicendū est ergo q talis determinatio euētus aliqñ expectaī a fortuna tñ: tūc nullū est viciū si mittant sortes inter hoīes ad determinandū q̄s quā partez alicui⁹ rei accipiat: qđ de cōi cōsensu omnium cōmittit fortune. Causa tñ motiua pōt esse pctñ: vt si propter cupiditatē ꝓpriam vel aliud viciū non possunt concorditer dividere: vel ex ꝓiectiōe taxillo⁹: qui plura vel pauciora pūcta ꝓiciat: vel ex festucis ꝓpositis quis breuiorem vel longiorē accipiat. Talis determinatio illi⁹ occulti euentus non est pctñ. Scō potest fieri q talis determinatio non solum expectaī a fortuna: sed etiā a dispositione stellaꝝ: z sic cum actus stellaꝝ ad hoc se non extendit superstitiosum z illicitum est: z non caret occulto pacto demonū. Tertio pōt fieri talis determinatio a diabolo sicut legit Ezech. xxj. q rex babylonis stetit in biuio. i. in capite duarum viaꝝ cōmittens sagittas: z interrogauit idola: z ea cōsuluit: z hoc est illicitū

B z a canonib⁹ phibitum. vt patet. xxvj. q. iij. q aūt sortilegi z diuini si cessare nolu erint: excōicandi sunt: ḡa est quoddā genus culture idoloꝝ. Ibidē. ca. sortes. sub anathemate prohibet. Et. c. si quis clericus. z c. cōtra idoloꝝ. Quarto pōt fieri determinatio a deo vel sanctis angelis: hoc nō est illicitum ꝑm se si fiat cum reuerentia debita. Juxta illud Prouer. xvj. Sortes mittūtur in sinū: sed a dño tēperant. Pōt etiā in hoc q̄drupliciter peccatuz incidere. Primo si absq; vlla necessitate ad sortes recurratur: hoc em̄ videt ad dei tētationem pertinere. Vñ Amb. sup Lucaz. Sorte eligitur qđ humano iudicio nō comprehendit. Secūdo si quis in necessitate absq; reuerētia sortib⁹ vtaī: imo cum magna deliberatione z p̄missa oīone debet fieri exēplo apostoloꝝ in electione Mathie. Actī. x. Unde Beda sup actus apl̄oꝝ. z ponit. xxvj. q. ij. c. Nō exēplo mathie. Si qui tamen inquit necessitate aliq̄ cōpulsi deū putāt sortibus exēplo apl̄oꝝ esse cōsulēdū videant hoc ipsos apl̄os non nisi collecto fratrū cetu p̄cibus fusis ad deū egisse. Tertio si diuina oracula ad terrena negocia cōicant. C

De hoc scribit Aug. ad inq̄sitiones ianuarij. z ponitur. xxvj. q. ij. c. Hi quid tñ. mihi displicet cōsuetudo si ad negocia secularia z ad vite huius vanitatez diuina oracula velle cōuertere. Quarto si in electionibus ecclesiaꝝ que ex inspiratiōe spūssancti fieri debent aliqui sortib⁹ vtaī. Vñ dicit Beda sup actus apl̄oꝝ. Mathias ante pentecosten ordinandus sorte queriī: quia nōdum erat plenitudo spiritussancti in ecclia effusa. Septē aūt diaconi postea nō sorte: sed electione discipuloꝝ sunt ordinati: secus autē est in corporalib⁹ dignitatib⁹ que ordinaī ad terrena disponenda. Jdeo in electione illaꝝ possunt hoīes vti sortibus: sicut in diuisione rerū temporaliū: vt dictū est. Si ꝯo aliqua necessitas alia ab electione dignitatis ecclie immineat: licitum est cum debita reuerentia sortibus diuinū implorare auxiliū. vnde Aug. in epla ad Honoratum. Si inter dei ministros sit disceptatio qui eoꝝ tēpore persecutiōis maneant: ne fuga oīm z qui eoꝝ fugiant ne morte oīm ecclesia deseratur. Si hec disceptatio aliter nō poterit terminari quātū mihi videī qui maneant z qui fugiant: sorte eligendi sunt: z hoc modo vsi sunt sortibus viri sancti in veteri testamento. vt Josue z Saul. j. Regū. xiiij. z zacharias Luce. j. z mathias Actī. j. Sed q̄d de iudicio ferri candentis vel aque bulīētis. Rñdet sctūs Thomas vbi supra arti. iij. dicēs: q hmōi illicitum est iudicium: q: ordinaī ad iudicādum occulta: qđ diuio iudicio reseruatur. D

Scō quia hmōi iudiciū non est diuina auctoritate sancitū: imo poti⁹ phibitū. vtz in decreto stephani pape. ij. q. ij. c. cōsuluisti. vbi dī. Nā ferri candentis vel aque feruentis examinatiōe sz cōfessiōe torq̄ri a q̄libet sacri non cessent canones. Sequitur. Spontanea em̄ cōfessione vel testiū approbatione publicata delicto habito pre oculis dei timore cōmissa sunt regimini nostro iudicare: occulta vero z incognita sunt illi reseruanda: q̄ sol⁹ nouit corda filioꝝ hominū. Sic z de monomachia. ij. q. v. c. monomachiā. Dicit ibidē. Quis dauid cum golia semel pugnauit; nusq̄ tamen ꝑ lege te-

E nēda diuia sanxit auctoritas. Cū hmōi sectantes deū tentare videanť. Itē patet extra de pur. vul. c. significasti. cum sup furti crimine q̄dam accusareť coactus est inire duellum: in quo alijs pctis suis p̄pedientibus cecidit: postea furtum apud alios est inuentum. Ideo talia iudicia scz ferri candentis aque bulientis ꝛ monomachie ibidem inhibētur in c. cur suscepi. ꝛ in vltimo dilecti: q̄a de⁹ in illis tentať. extra de purgatione. c. ex tuay. ne clerici vel monachi. Et. C. de gladiatoribus. l. vnica.

Explicit primum preceptum.

¶ Incipit secundum p̄ceptum.

Non inuanum assumes nomen dei tui: qđ exponit Magr̄ senten. libro iij. dist. xxxiiij. dicens. Non iurabis pro vllo. ¶ Nomen dei inuanum accipiť multipliciter. Primo qñ ad laudem dei nō ordinatur. Sapi. iij. Vani sunt oēs hoīes: in quib⁹ non subest scientia dei. ¶ Secūdo qñ false ꝛ dolose p F nunciať. vt in ps. Vana locuti sunt vnusq̄sq̄ ad p̄ximum suū. s. verba dolosa in corde locuti sunt. ¶ Tertio quādo inutiliť ꝛ sine fructu agiť ꝛ cogitať. ps. Dns scit cogitationes hominū: qm̄ vane sunt. ¶ Quarto qñ iniuste ꝛ neq̄ter affirmať. Job. xj. Vir vanus in superbiam erigitur. Itē ps. Qui nō accepit inuano aiam suam: nec iurauit in dolo p̄rimo suo. ¶ Quinto qñ illud qđ p̄mittitur non seruať. ij. Paraľ. xxij. Non vos decipiat Sedechias: neq̄ vana promissione deludat. Istis em̄ modis nomen dei inuanum assumiť. i. cum pctō. Primo peccant ꝓtra illud p̄ceptū q̄ solenniter piurant: siue hoc fit p nomē hebreū: sicut sunt decem nomina hebraica ipius dei: vt sunt Adonay tetragrāmaton ꝛc. Siue sint nomina latina vt deus: vel exprimentia diuinā essentiā: vt p summā maiestatē aut veritatem. Contra quos Leui. xix. Nō periurabis in noie meo: nec pollues sanctū nomen meuz. Quia iurare p deū (sm Aug.) est deum in testem vocare. Ideo diffiniūt iuramentū dicentes. Qz est affirmatio vel negatio de aliquo sacre rei attestatiōe affirmatiua. Est em̄ triplex forma iuramēti sm tria tēpora. In veteri lege iurabāt sic. Viuit deus viuit ania mea. vt. xxij. q. j. Et iurabant. Viuit dns. j. Regū. xiiij. In primitiua ecclesia iurabant sic. Testis est mihi deus. Unde ad Rom̄. j. Testis est mihi conscientia mea: hoc dico coram deo. xxij. q. j. si pctm̄. Hodie vero sic iurať. Sic adiuuet me deus ꝛ oēs sancti: eleuādo manum in altū cū duob⁹ digitis: in signum q̄ deum vocant in testem ꝛ oēs sanctos. Vel tres cū pollice: in signuz q̄ vocat in testem sanctam trinitatē: ꝛ habuit forte originem ex illo qđ scribiť Apoc̄. x. Angelus leuauit manū in celum: ꝛ iurauit per viuentē in secula seculoz. Non erit ampli⁹ tēpus pnie scz post hanc vitam. Aliqui iurāt p sancta euangelia: vel ponēdo manus sup reliq̄as sanctoz. Aliqui iurant ponēdo manū dexteram sup pectus: sic iurant spūales psone: in signū q̄ iurant per eū quē habent in corde. i. deum. Vel per veritatem euāgelij quam habēt in pectore. Alij dicūt simpliť. Juro. ꝛ est iuramentū. Hic modus seruať in vniuersitate bononiē. Aliqui iurant. Si feci illud: patiar hoc. Hoc eueniat mihi vl filijs meis. De illo iuramento loquiť mgr̄ senten. li. iij. dist. xxxix. dicens. Est q̄ddam genus iuramenti grauissimū: qđ fit p execrationem: vt cuz homo dicit. Si feci illud hoc contingat mihi vel filijs meis. Illo iuramento cōiter hoīes vtunť in ira ꝛ in furore. Sic petrus cepit iurare ꝛ anathematizare. Matħ. xxvj. Aliqui iurant se velle veritatē dicere in piculo aſe sue: ꝛ est iuramentū. vt ptz extra de frigidi. ꝛ malefici. c. fraternitatē. Judeus ꝫo debens iuramētum facere sm speculū saxonum. debet stare nudis pedibus super cutem porcinam ꝛ denudare brachium suū ponēdo eundē super librum moysi sic dicendo. Si illud non est verū qđ dico: fiat mihi sic datan ꝛ abyron: q̄s terra viuos cōsumpsit. Fiat mihi sicut sodome ꝛ gomorre ꝛc. cuz multis alijs execrationib⁹ q̄ in illa forma cōtinenť. De illa multiplici forma iurandi loquiť glosa. xxij. q. j. sup capi. iurabāt. ꝛ quāto res sanctior per quam quis iurat: tanto magis iuramentum est obligatorium. vt patet. xxij.

A q.j.monet. Documentū primum. Homo qui non potest incredulitatē proximi deuitare: potest in necessitate p iuramentū deum in testem vocare. vt patet. Deuter. vj. Dominū deum tuum timebis: z per nomē eius iurabis. Hiereñ. iiij. Jurabunt viuit dñs in iudicio veritate z iusticia. Mathei v. Reddas domino iuramenta tua. Ad Hebre. vj. Juramentū ad confirmationez veritatis ordinatur: z oñis cōtrouersie finis est iuramentū. Item ibidem. Oñes p maiores suos iurant. Jdeo dicit sanctus Thoñ. in scōa scōe. q. lxxxix. arti. j. q particularia facta hoīm nō possunt p rationē necessariam confirmari: sed per testes. Sz humanum testimonium non est sufficiens ppter duo. Primo ppter defectum veritatis humane: quia plurimi in mendaciū labuntur. ſm illud. Os eorū locutū est mendacium. Secūdo propter defectū cognitionis: quia homines nō possunt cognoscere occulta cordiū vel etiam absentia. De quibus tamen homines loquunt. Et ergo expedit rebus humanis: vt certitudo aliqua de his habeatur. Jdeo necessariuz fuit re B currere ad diuinū testimoniū: q: de⁹ mentiri non pōt: neqz eū aliquid latet: z sic iurare est deum in testē vocare. hec Tho. Sed testimoniū diuinū qñqz inducit ad asserendū pñtia vel pterita. Et dr iuramentuz assertoriū. Aliqñ ad cōfirmandū aliqd futurū: z dr promissoriū. Hec Thomas. ibidez. Vel sub alijs ꝟbis. Juramentū quoddam est fidelitatis seruande: qd facit superior inferior: vt imperator pape z c̄. vt ptz de iure iuran. ca. Romani principes in cle. Item qñ reges vngunt iurant archiepo: dicentes. In chr̄i noīe hec promitto ppło chr̄iano mihi subiecto. In primis me precepturum vt eccl̄ia dei z populus chr̄ianus verā pacem omni tempore seruet. Secundo vt rapaces z oñes iniquitates omnibus gradibus interdicam. Tertio vt in omnibus iudicijs equitatem seruem. Tunc archiepiscopus dat sibi gladium dicens. Accinge gladium tuum super femur tuū potentissime. Sic etiam iurant barones regibus z ducibus z milites q velint tueri ecclesias dei pupillos z orphanos. Qualiter autez hoc iuramentum seruant videant ipsi. Sic C iurant consules cōmunitati. Sic iurant cives cum intrant cōmunitatem ciuitatis: q velint seruare fidelitatem. Sic iurat seruus domino. Sic iurant canonici intraturi prebendam vel collegium: quia iustum est q qui vult gaudere priuilegijs cōmunitatis: q etiam iuret fidelitatem cōmunitatis illius. Sed sepius euenit q cōmunitates z collegia habent statuta iniqua z aduersantia ecclesiastice libertati. Et si quis talia statuta iurauerit: talis non teneť obseruare illa statuta iniqua vt patet de iure iurando. ca. Contigit libro. vj. vbi dicitur. Contingit in nonnullis ecclesijs de earuz consuetudine obseruari: q ipsarum prelati cum primo ad ecclesias ipsas accedunt non admittantur nisi iurent statuta z consuetudines ipsarum ecclesiarum scripta et non scripta inuiolabiliter obseruare. Inter laicos etiam in multis ciuitatibus castris z terris in suis potestatib⁹ rectoribus vel officialibus assumendis idem cōtingit z in ipsis statutis z consuetudinibus predictis reperiuntur interduz aliqua illicita D seu libertati ecclesiastice obuiantia: ne sub tali generalitate iurandi sic iurantib⁹ peccādi occasio prebeatur. Precipimus a quibuscunqz scientibus continere predictis cōsuetudinibus z statutis: illicita z impossibilia vel libertati ecclesie repugnantia iuramenta huiusmodi non prestari. Et si iurare contingat ad obseruanda dumtaxat licita: possibilia z non obuiantia ecclesiastice libertati iurantiū debet referri intentio: z iurantes ad hmōi iuramenta illicita non teneri. Aliud est iuramētuz veritatis reuelande: z est quādo quis requirit ad dicendū veritatē: aut de presenti aut de pterito. Sic fit in visitatiōibus z purgatiōib⁹ canonicis: in iuramento calumnie quod solet exigi a iudicibus z prelatis: de quo habetur extra de iureiuran. ca. j. vbi declarat glo. q volens contestari litem debet iurare quinqz que comprehendunt sub his metris. Jllud iuretur q lis sibi iusta videtur. Et si quereť verum nō inficieť. Nil promittetur nec falsa probatio detur. Ut lis tardetur dilatio nulla petetur. Allegā-

E tur tamen in glosa.xxij.q.j.ca.omne.multi casus in quibus licitum est iurare. Primo in federibus contrahendis. vt patet xxij.q.j.ca.Omne.vbi dicit.Omne quod in pacis federa euenit tunc solidius subsistit cum iuramenti hoc interpositio roborat.Et omne quod amicorum animas consiliat: tunc fidelius durat cum eos sacramenti vincula ligant: oñe eñ q̃ a testib⁹ stipulatur verius cõstat cum illud iurationis adiectio affirmat. Sic dr Gene.xxvj. Sit iuramentũ inter nos: ⁊ fedus ineam⁹ Secundo pro veritate declaranda aut dicenda. Sic iurat Apostolus ad Roma.j. Testis est mihi deus:cui seruio in euangelio meo:q̃ sine intermissione vestri memoriam facio.Tertio pro pace amicor̃ reformanda.ij.ad Cor.j.vt.s.c.oñe.Quarto pro obedientia facienda: vt subditi prelatis abbates episcopis:ciues cõsulatui ⁊c.Ita iurauerũt filij iepte:quẽ si atuerũt sibi ducem dicẽtes.Dñs qui audiuit:ipse mediator ac testis est q̃ nostra pmissa facimus. Quinto p sui fama vel proximi purgãda. F Exodi.ij. Jurabit q̃ non extendit manum suam in rem proximi. Idez patet extra de pur.ca.Sexto p cõsuetudine bona seruãda. Exodi.xxxiiij. Oẽs filij israel iurauerũt sic iurant p̃bendã intraturi consules ciues ⁊ hmõi.Correlariũ primum. Juramentũ q̃uis nõ sit ab hoie spõte vel volũtarie desiderandũ:cum tñ necessitas instat si bñ fit non est tanq̃ malũ refutandũ.Probat: qa chr̃s iurauit di. Amen amen dico vobis. Itez ps. Jura.dñs ⁊ nõ peni.⁊c. Itẽ apli iurauerũt. Itẽ iurauit angelus p viuentẽ in secula seculor̃. Apocal.x. Ergo si iuramentũ semp esset pctñ chr̃s peccasset:apli ⁊ sancti pr̃es peccassent: ꝯñs est falsuz: iõ dr extra de iureiurã.c.si chr̃s.Licet eñ inquit iuramentum phibuisse videat:ne per hmõi iuramentũ trãsferret ad creaturam honorificentia creatoris.q̃re tñ in euangelio p̃misisset.Dico vobis nolite iurare oñino statum subiũxit. Neq̃ p celũ qr thronus dei est. Neq̃ p terrã qr scabellum pedũ ipsius est:neq̃ p hierosolymam qr ciuitas dei est:neq̃ p caput tuũ quia nõ potes vnũ capillũ facere album aut nigrum. Et q̃uis nõ sit p creaturã iurandũ: si tamẽ iuret p creaturã seruandũ est: dũmodo sit licitũ quod iurat. Sequit. Jacobus quoq̃ non simpliciter prohibuit iuramentũ sed voluntatem iurandi.Cum ait. Ante oñia fratres mei nolite iurare: quontã ad iurandũ non debet quen q̃ spontanea inducere voluntas: sed necessitas trahere oportuna. Hec ibi. Idem patet.xxij.q.j.ca. In nouo testamẽto dictum est ne oino iuremus:qđ quidem mihi ppterea dictum esse videt nõ qr iurare pctm̃ est:sed qr p̃iurare īmane pctm̃ est: a q̃ nos longe esse voluit:qui oino ne iuremus sponte cõmonuit. Itẽ ibidem in c.noueritis verũ iurare non esse pctm̃. Itẽ ibidẽ.c. Ita g̃ pcepisse dñm intellige ne iuretur:ne q̃sq̃ licut bonũ appetat iusiurãdũ ⁊ assiduitate iurãdi ad p̃iurũ p ꝯsuetudinẽ delabat. Itẽ in c.iiij. Tu malũ non facis q̃ bñ vteris iuratione. Jõ dr extra de iureiurã.c.si chr̃s. Tũc potes iqt sine culpa iurare: dũmõ illos tres comites habeat iuramentũ. De quib⁹ ait ppha. Jurabũt: viuit dñs in iudicio ⁊ veritate ⁊ iusticia. In iudicio. i. discretione vt deliberatione. dicit glosa. Ergo sp iurare volentes deberẽt se p̃mo deliberare: īmo iudices deberẽt eis p̃cipere q̃ valde bñ se deliberẽt. Ergo pueri añ.xiiij.annum iurare nõ p̃nt.vtz.xxij. q.v.c.pueri añ.xiiij.annũ nõ coganť iurare. Idẽ in.c.paruuli.qr nõ h̃nt discretionẽ. Itẽ ebrij nõ dñt iurare:sed debẽt esse ieiuni.vtz.xxij.q.v.c.honestũ. Etiã videt vt q̃ in sctis audet iurare:hoc ieiun⁹ faciat cuz oñi honestate ⁊ timore dei.Scõ dz fieri in v̄itate.glo.s.cõscie.vt hoc sciat firmiter verũ esse:qr si deest v̄itas periurũ est: qa iuramẽtũ p̃ncipaliter ordinat ad cõfirmationẽ v̄itatis cui falsitas opponit. Sed q̃dã sunt sophiste verbor̃ iurantes illud qđ apparet verũ:qđ tñ est falsum. De quibus Jsiõ.in li.de summo bono:quẽ allegat magister senten.li.iij.dist. xxix.dicens. Hoc etiã sciendũ est q̃ q̃cunq̃ arte verbor̃ quis iurat:deus tñ q̃ conscie testis est ita hoc accipit sicut ille cui iurat intelligit. Uñ in vita scti Nicolai legit:q̃ vir q̃dam ab vno iudeo quandam summam pecunie mutuo accepit:iurãs sup altare scti Nicolai: cũ aliũ

A fideiussorē habere neqret q̄ citius posset sibi redderet. Illo diu tenente pecuniā iudeus eā postulat: sed ipse eā sibi reddidisse affirmat. Trahit eū ad iudiciū: ⁊ iuramentū indicit debitori. Ille baculum cauatum quē auro minuto pecunie repleuerat secuꝫ tulerat ac si eius āminiculo indigeret. Volens ꝯ facere iuramentū iudeo baculū tradidit reseruanduꝫ. Jurauit ille q̄ plus sibi reddiderat q̄ debebat. Facto aūt iuramēto baculum suum repetijt. Et iudeus astutie ignarus eum sibi reddidit. Rediens qui fraudem fecerat in quodam biuio oppressus corruit somno. Et curr⁹ cū impetu veniens eū necauit: ⁊ baculū cū auro fregit ⁊ effudit aurū. De illis dicit ps̄. Quis ascendit in montē dñi ⁊ c̄. sequit. Qui non iurauit in dolo proximo suo. Sic oēs mercatores faciūt q̄ iurant falsum qꝫ sciant verū: ⁊ econuerso. Tertio dꝫ esse iustū qꝫ iuratur ⁊ licituꝫ. xxij. q. iij. c. In malis ꝑmissis rescinde fidem: in turpi voto muta decretū: vt si quis iurat q̄ vult aliquem occidere. vtꝫ. xxij. q. iij. ca. qꝫ dauid ⁊ c̄. Tale

B iuramentū nō debet impleri. ¶ Documentum scd̄m. Coꝛā deo maⁱ⁹ pctm̄ est periurium q̄ quodcūq̄ homicidium. vtꝫ in. c. xxij. q. v. c. Ille. vbi dr̄. q̄ periurio vincit homicidā. Idem tenet mgr̄ sen. li. iij. dist. xxxix. Idem tenet sc̄us Tho. in primo q̄dlibeto. q. xviij. ⁊ ꝓbat eā dicens: q̄ piurare est vicio ꝯra deū: ⁊ est nois dei derogatio. Homicidiū aūt lꝫ sit ꝯra deū: tm̄ est imediate p̄ncipaliter cōtra ꝓximū. Sc̄do piurio est nois dei derogatio ⁊ q̄si blasphemia. Idcirco tenet scd̄m locum post idolatriaꝫ. vtꝫ ex ordine p̄ceptoꝝ. Tertio omne pctm̄ qꝫ est cōtra mādatū p̄me tabule est graui⁹ q̄ si esset ꝯtra mandatū scd̄e tabule. Quarto qꝛ maⁱ⁹ dānū est in amissione vni⁹ anie q̄ mille coꝛpoꝝ. vtꝫ. xxiij. q. iij. si bon⁹. Eādem opinionē tenet venerabilis mgr̄ Egidius de roma doctoꝛ nr̄ⁱ in sexto quodlibeto q. xxiij. q̄ periurio p se est maⁱ⁹ pctm̄ q̄ homicidiū. Idem tenet Jacobus de viterbio iij. qꝫlibeto. q. xxiiij. Sed ꝯra hoc sunt q̄dam doctoꝛes: vt Thomas de argentina sic arguens. Illud est maius pctm̄ qꝫ magis punit: sed homicidiū magꝝ punit: ergo maius pctm̄. Maioꝛ patet. Deute. xxv. ꝑm mensurā delicti erit plagaꝝ mod⁹. Minoꝛ est nota: qꝛ homicidium punitur morte: nō aūt piurio. Ergo rñdet Egidi⁹ vbi supra. In iudicio diuino plus punit piurio: licꝫ iudicio humano plus homicidio. Cōtra hāc opinionē est Bartho. brixensis. super c. ille. vbi s̄. q̄ periurus magis peccat: arguēs sic. Per illud qꝫ hr̄. xiij. dist. c. duo mala. Vbi dr̄ q̄ in pctō piurij duplici culparū zelo punimur q̄a deū offendimus: ⁊ nos tm̄ modo maculam⁹: sed in pctō homicidij tripliciter iugulamur: qꝛ dei p̄ceptū cōtemnimus: ꝓximis impia crudelitate nocemus: ⁊ nos crudeliori mortis gladio trucidam⁹. Constat aūt q̄ grauius peccatū est vbi concurrunt tria mala q̄ vbi duo. Dicit ergo q̄ graui⁹ pctm̄ est homicidiū q̄ periurio: sed graui⁹ damnū incurrit hō p piurio q̄ per homicidiuꝫ. vt ptꝫ ex ꝓbis Aug. xxxiiij. q. iij ◉. si habes. vbi dicit q̄ maius dānuꝫ est in amissione vni⁹ anie q̄ mille coꝛpoꝝ: sed in piurio amittit aīa: i homicidio coꝛpus. Sed in cōtrariū est qꝫ dr̄. xxij. q. v. c. Ille. q̄ qꝛ piurio vincit homicidiū. Nā periura- D re cōtinet in mādato p̄me tabule: in quib⁹ ꝑm Bern̄. nō pōt dispēsare: nec deus nec hō. Sed inter mādata scd̄e tabule cōtinet homicidium: in quibus deus potest dispēsare nō hō. Dicta aūt iuristaꝝ nō est difficile soluere: dicēdo q̄ verꝫ est homicidiū esse maius pctm̄ q̄ piurio: qñ simul cum culpa homicidij cōcurrit culpa periurij: sic intelligit illud decretū. Si aūt accipit vtrunq̄ p se non est graui⁹ pctm̄: nec est maius damnum in amissione vni⁹ anie q̄ multoꝝ coꝛpoꝝ: nisi q̄ maⁱ⁹ pctm̄ est illud p quod cōmittitur. Sequit coꝛrelarie q̄ nos diligenter debem⁹ cauere a periurio: qꝛ est maximū pctm̄ post idolatriā. Quia p tres digitos quos eleuat vel ponit sup reliqas designat: q̄ coꝛpus ⁊ aīam ⁊ res dat in potestatē diaboli: imo ꝑm Guilhelmū lugdun̄. qui sciēter piurat manuꝫ dat diabolo cum qua tangit reliquias sc̄oꝝ donec ipse peniteat de periurio: man⁹ illa est diaboli: ⁊ qñcūq̄ signat se cum manu diaboli signat se: tales piuri ꝯfundunt in p̄senti. Nā legitur: q̄ q̄daꝫ supra sepulchrū sancti pācratij

E martyris periurauit ⁊ mox manū retrahere non potuit: ⁊ sic coram oībus erat cōfusus astantibus: ⁊ subito mortuus est. Dicit Eusebi⁹ ī chronica sua. q anno dñi. ccxiij. Narcissus ep̄s p quosdam testes falsos infamatus de q̄dam crimine: quor⁹ prim⁹ iurauit. Si nō sic: igne consumor. Scōs ego regio morbo cōsumor. Tertius ⁊ ego lumi nibus priuor: q̄re tūc ep̄us cessit ⁊ vitā heremiticā ducens in abditis. Primus testis statim post ex pua scintilla cuz tota domo ⁊ sua familia pustus fuit. Scōs regio mor bo a pede vsq; ad verticez cōsumptus fuit. Tertius videns alior⁹ interitū penituit: ⁊ innocentia p̄sulis innotuit. ¶ Contigit in sta dem ciuitate: q quidam iurauerūt sup cor pore chr̄i stantes in quodā campo: iurādo sibe pro pace seruāda. Et depost in loco pe dum nunq̄ gramina creuerunt: sed vndiq; ⁊ circūquaq; creuerunt. Sibe vidi in Gri pesiwolde: vt mihi retulerunt incole ciuita tis: q q̄dam periurus in cimiterio sctē Ber F trudis foris ciuitatē fuit sepult⁹. Quē de mon nocte sequēti sedēs in equo nigro de cimiterio vocauit. Et defunctus de sepul chro surgens: q̄ saltus horribiles fecit circa sepulchrū suū. Finaliter fuit coact⁹ rece dere de cimiterio: ⁊ vestigia suor̄ pedum reliquit in terra: immo ī lapide durissimo ad pfunditatez dimidij pedis: ⁊ depost ab illo tpe nunq̄ creuerūt ibi gramina: sz vndiq; ⁊ circumquaq;. Et amici illius defun cti sepius illa vestigia cooperuerūt cum lu to ⁊ pulueribus: sed semp die sequenti rea perta inuenerūt. Legit in gestis Saliui: q venerunt due sorores cuiusdā ducis francor̄ ad regē Karolū: conquerētes de fratre suo q hereditatē earū auferret eis. Ci tatus sup hoc a rege negauit. Rex fecit eū iurare sup caput Saliui: q nihil sororibus suis teneret ex his q̄ ab eo petebant. Qui cum letus iurasset medius crepuit: ⁊ p se cretum ani stercora proruperunt: ⁊ ex ocu lis ⁊ naribus sanguis exiuit: ⁊ sic vitam fi niuit. Quidam ciuis ī ciuitate Gothingen false iurauit in presentia cōsulatus. Et fa cto iuramento manum retrahere non po tuit. Tales oēs infames sunt. vt patet. vj. q.j.ca. Infames. ⁊ nunq̄ deinceps testari possint. vt ptz extra de testib⁹. ca. testimo nium. Et eis imponenda est penitentia. xl. diex cum septē sequentib⁹ annis. vt patet vj.q.j.c. Quicūq; scienter periurauerit qua draginta diebus in pane ⁊ aqua: ⁊ septem sequentes annos peniteat: ⁊ nunq̄ sit si ne penitentia: ⁊ nunq̄ in testimonium reci piatur. Hec ibi. ¶ Documentū tertiū: quā to res sanctior est per quam iurat: tāto am plius iurans ad seruandū iuramentū ob ligat. vbat. q: dicit. ij. q. l. c. si q̄s. ¶ Que ritur: q̄s magis teneat an ille qui per deū an ille q̄ supra sacra euāgelia iurat? Huic q̄stioni Joānes chrys. rñdet dicens. Scri pture ppter deū facte sunt: nō deus ppter scripturas. Jō dicit Raymun. q qui iurat per deū multū obligat: qui ꝯo per deum ⁊ euangelia: magis obligat: ⁊ qui in istis ad iungit sanctor⁹ reliquias: adhuc magis ob ligatur: ⁊ ita crescentib⁹ solēnitatibus cre scit obligatio. Sic etiaz quāto per quod iu ratur magis sanctū est: tanto magis est pe nale periurīū. vt dr. xxij.q.j.ca. monet te. Sed pōt esse iuramentū q̄ fit per euange lia cū deliberatione ⁊ solennitate: ⁊ fit ma gis obligatorīū: q̄ q̄ fit per deū sine deli beratione: sic ⁊ periurīū. Sic grauius pec cat q̄ in facto periurus est q̄ qui voluntate: de q̄b⁹. xxij:q.v.c. Qui periurare parat⁹ est anteq̄ iuret periurus esse videt: q̄a deus nō solū ex operibus iudicat: sed ex cogitatio nibus ⁊ corde. Hec ibi. Si tamē actus exte rior⁹ supuenerit: tāto periurīū est mai⁹: sicut plus peccant q̄ periurāt p crucē cōsecratā q̄ nō cōsecratā. vt ptz. xxij.q.v.c. q̄ periu rat. Sic etiā plus peccat rex vl̄ pnceps pe riurus q̄ miles vel rustic⁹ ppter maius scā dalū. Item Aristoteles mgr̄ alexādri scri bit ei in q̄dam epla dicens. Caucas alexā der ne infringas fidem datā ⁊ federa con firmata. Nam hoc cōuenit infidelib⁹: inue nibus ⁊ meretricibus. Serua promissa fide liter: quia oēm infidelitatez cōsequit finis malus: ⁊ si ex fidelitate infringenda aliq̄d boni eueniet: tamen ipsa species est mala ⁊ exemplū est reprobor̄: ⁊ de genere malor̄ ergo fides plura facit: scias q̄ q fit p fidem hoīm cōgregatio: ciuitatū inhabitatio: vi ror̄ cōmunio: regū dñatio. Per fidem ca-

A stra tenenť: ciuitates seruantur: reges dominanť. Caueas ḡ fidelissime princeps fidem datam infringere: serua firmiter tua iuramenta ⁊ federa etiã si sint grauia. Nã causa destructiõis regni barbaroꝝ ⁊ schytarum fuit: ꝙ reges coꝝ vtebanť iuramentis ad fraudem ⁊ deceptionẽ hominũ ⁊ pximarũ ciuitatum fidem frangẽtes ⁊ federa que fuerũt ad salutem humani generis stabilita. Et ideo equitas iustissimi iudicis hoc amplꝰ sustinere non potuit. Hec phs Ideoq; in gestis regis eiusdem Alexandri legitur: ꝙ cũ suo exercitu ira permotus iret cũ magno impetu ad quandam ciuitatem noĩe Lapsacũ diruendã ⁊ euertendã. Ciuis aũt vnus illiꝰ ciuitatꝫ anaximenes phus audiẽs regem Alexandrũ sic venire exiuit ciuitatem obuiam regi: vt ꝓces porrigeret pro salute ciuitatis. Quod cum rex hoc cerneret: ne postulare volens materiam audiendi haberet. Rex in loquendo phm iuramento ꝓuenit di. Juro p deos ꝙ nihil hoꝝ que petieris faciam: tunc sapienter phs attendens regis iuramentũ respõdit. Peto ergo domine vt lapsacum ciuitatem diruas ⁊ destruas. Quã petitionẽ attendens alexander salutem vbi concessit. Maluit eñ iram ⁊ voluntatẽ quã habebat contra ciuitatẽ dimittere q̃s cõtra iuramẽtũ venire. Sed hoc ꝓncipes ⁊ reges nunc minime aduertũt ad sua iuramenta seruãda: peiores ergo sunt q̃s gentiles. Sic etiam grauius peccãt cõsules cõitatis nõ obseruantes iuramenta q̃s singulares psone. Quia bonũ quãto cõius tãto diuinius: ergo per oppositũ: malũ quãto cõius: tanto peius. Nam summa cura fuit olim gentilibus obseruare ꝓmissa ⁊ iuramenta ⁊ singulariter cõitatibus. Cuiꝰ exemplũ ponit btũs Augusti. li. iij. de ciuitate dei. c. ij. de saguntinis amicis romanoꝝ qui eis iurauerũt fedus ⁊ amicitiã per falsos deos q̃s sagũtinos Hãnibal obsidebat cõtra romanos: ⁊ prius q̃s ciuitas caperẽť tñ cruciabantur fame: ꝙ suoꝝ mortuoꝝ cadauerib⁹ pascebanť: ⁊ tñ miles quidã Hãnibalis amicus saguntinoꝝ volens tñ vitam ciuium saluare ꝓmisit eis vitam ⁊ locum aliũ vbi possent sibi ciuitatẽ cõstruere dũ tñ saguntum Hãnibali cũ oñi auro ⁊ argento iporũ redderẽt: ipsi tẽpore deliberatiõis accepto: maximũ ignẽ in medio ciuitatis accenderũt: ⁊ primo in eũ omne aurũ ⁊ argentũ cũ omni reliqua suppellectili proiecerũt: ⁊ postea cesis vxoribus ⁊ liberis se in ignem vnanimiter precipitauerunt ne fedus iuramenti romanis frangerent. hec Aug. B C

¶ Nõ accipies nomẽ dei tui tãtũ inuanũ.

Secundo peccant contra illud preceptum qui iurãt per creaturas: quod potest fieri tripliciter: scilicet creaturam tanq̃ deum venerandũ. Aut ꝓ nomẽ deoꝝ falsoꝝ iurando aut ad aliquã penaꝫ in iuramento se obligando. Primo nõ est iurãdum per creaturam eam tanq̃ deũ venerando. Ideo dicit chs Math. v. Dico vobis non iurare oino. Statim subiungit. Neq; per celũ: qz thronus dei est: neq; per terrã: qz scabellũ peduz ipsius est: neq; per hierosolymam: qa ciuitas regis magni est neq; p caput: qa nõ põt facere vnum capillum albũ aut nigrũ. Nõ illiꝰ tãgit extra de iureiur. c. Si chs. ne per hmõi iuramẽtũ trãsferať ad creaturã honorificentia creatoris. Est etiã ista snia bti Tho. ij. ij. q. lxxxix. ar. v c. in resp̃õe ad primũ argumẽtũ. Dns inqt phibuit iurare p creaturas ita ꝙ eis adhibeať diuina reuerẽtia. vñ subdit ibidẽ auctoritate Hiero. di. ꝙ iudei p ãgelos ⁊ celũ ⁊ cetera hmõi iurãtes creaturas venerabanť dei honore. Quos increpat dicens Mat. xxiij. Ve vobis duces ceci qui dicitis q̃cũq; iurauerit p tẽplũ dei nihil est quicũq; aũt iurauerit in auro tẽpli soluet. Et sunt stulti ⁊ ceci. Quid est eñ manifestius aurũ vel tẽplũ q̃ aurũ significat. Nam p auariciã excecati fuerũt iudei ⁊ statuerũt ꝙ q̃cũq; iurauerit p tẽplũ ⁊ inuẽtꝰ fuerat mendax: nõ erat reus ad emendã: sed q̃ iurauerat p aurũ tẽpli reus erat. Ideo Deut. vj. dr. Dñm deũ tuũ timebis: ⁊ per nomen eiꝰ iurabis. Vñ magr sen. li. iij. di. xxxix. q̃rit vtrũ liceat iurare p creaturã cũ tñ in lege scriptũ sit. Reddes autẽ domino iuramẽta tua? Rñdeť ex dictis Hieronymi sup Math. Judeis inquit quasi paruulis cõcessum fuit iurare p creatorẽ tñ ⁊ p̃ceptũ: vt si iurare cõtigerit nõ nisi per crea- D

E torē iurēt nō ꝑ creaturā: q̄a iurātes per an
gelos ⁊ elementa creaturas venerabant̄
honore dei. Et melius erat hoc exhiberi
deo q̄ꝫ creaturis. Hec ille. Sed obijcitur ꝑ
illud quod legit̄. xxij. q. j. c. monet te: ⁊ ibi-
dem ponit mgr̄ vbi s̄. ꝙ ioseph vir sctūs ꝑ
creaturas iurauit. Unde dixit fratribꝰ suis.
Per salutem pharaonis non exibitis hinc
Gen̄. xliiij. Itē iuramus ꝑ euangelia ⁊ san
ctos: que creature sunt. Rn̄det ꝙ iuramen
tū indicit̄ ad confirmationē veritatis. Un-
de dicit apl̄us ad Heb. vj. ꝙ oēs cōtrouer-
sie ad confirmationē finis est iuramentū.
Ueritatem autē plene scire de his que du-
bia sunt nullus scire potest: nisi deus q̄ nec
falli nec fallere potest. Ideo solū ꝑ deū est
iuramentū faciendū. Sed iurare ꝑ creatu
ram intelligit̄ tripliciter. Uno mō creatu-
rā tanq̄ꝫ aliq̄d diuinū venerādo: qd̄ ꝑtinet
ad infidelitatē. Sicut em̄ concessum fuit fi
lijs israel: vt hostias deo immolarent ne
eas offerrent demonibus: sic potius per-
missum fuit vt per deum iurarent q̄ꝫ ꝑ crea
turas: ne inciderent in crimen idolatrie.
F vt patet. xxij. q. j. c. cōsidera. ⁊. c. monet te.
Ibidē em̄ dr̄. Deus aūt ꝑ creaturas iura-
re prohibuit: ne vel more gentiliū aliq̄d nu
mē diuinitatis creaturis inesse videretur.
Scd̄o intelligit̄ q̄ in creatura presidet illuz
in testē inuocando: qꝛ cū deus sit creator ⁊
cōseruator ⁊ rector oīm creaturarū iuran-
do ꝑ creaturā inquātuz in ea relucet potē
tia diuine maiestatis: sic licituz est. Sic iu-
rauit Joseph per salutē pharaonis. Cum
omnis potestas a deo sit s̄m apl̄m. Sic iu-
rant hassones ꝑ salutē Lātgrauij semper.
vtz de iureiur̄. l. qui per salutem. Sic eti-
am licitū est iurare ꝑ euāgeliū inquātū re-
lucet veritas diuina in euāgelio. vtz. xxij.
q. j. si aliqua. Sic ꝑ sctōs inquantum in eis
relucet diuina gratia vl̄ sanctitas. Tertio
mō ip̄m iuramentū tanq̄ꝫ ꝑtē vilē contem-
nendo. vtz. xxij. q. j. Monet. vbi dicit̄ ꝙ nō
debemꝰ iurare ꝑ creaturas: ne creaturas
cōtēptibiles iudicādo per eas ꝓmissa pro
nullo ducerem⁹. Ideo dr̄. xxij. q. j. c. Cle-
ricum ꝑ creaturā iurantē acerrime obiur-
gandum esse: si ꝟo ꝑstiterit in vicio excom-
municandū. hec ibi. Si tamē iurat̄ ꝑ crea
turā oīno est seruādū. vt ptz extra de iure G
iur̄. c. si chr̄s. vbi dicit̄. Si tamē iuret̄ per
creaturā seruandū est ⁊ dūmō sit licitū qd̄
iurat̄: q̄a teste veritate qui iurat in celo iu-
rat in throno dei: ⁊ in eo q̄ sedet sup̄ eum.
Hec ibi. Glosa dicit. Multa fieri non de-
bent facta tamen tenent. xxvij. dist. si vir.
Scd̄o modo nō est iurandū ꝑ falsos deos.
vtz Exo. xxiij. Per nomē extraneoꝝ deo-
rū nō iurabitis: qꝛ iurare est actus latrie q̄
nullo mō est exhibendus idolis. Item non
pn̄t esse testes veritatis: sed cū iuramꝰ illū
ꝑ quē iuramus ī testē inuocamus: sic sarra
ceni iurāt ꝑ machometū: gentiles ꝑ deos
suos falsos. ¶ Documentū primū. Quam
uis ꝑ nomē falsoꝝ deoꝝ nō sit iurandū: si
tn̄ aliq̄d licitū iurat̄ ꝑ noīa eorūdē est om̄i-
no seruandū. vt patet. xxij. q. j. c. monet te.
Utrū eius fide vtendū sit: qui vt eā seruet
ꝑ demonia iurauerit. Ubi te volo prius cō
siderare vtrū si quispiā ꝑ deos falsos iura-
uerit se fidem seruaturū: ⁊ eā non seruaue
rit: non tibi videt̄ bis peccasse. Sequit̄ ibi-
dē. Nūc ꝟo iurauit ꝑ quos non debuit: ⁊
contra pollicitā fidē fecit q̄ non debuit: bis H
vtiq̄ꝫ peccauit. Hec Augusti. ad publicolā.
Idē tenet mgr̄ sen. li. iij. dist. xxxix. sub eis-
dem ꝟbis: qꝛ licet peccauit iurādo ꝑ falsos
deos: tn̄ fidē quā ꝓmisit. i. pactū debet ser
uare: qꝛ fides hosti seruāda est. vtz. xxiij.
q. j. nolite. ¶ Scd̄m documētū. Si christia
ni ⁊ alij principes christianoꝝ nō possunt
aliter inire pacta aut recipe iuramēta sar
racenoꝝ nisi ꝑ noīa falsoꝝ deoꝝ licite ⁊ si
ne peccato pn̄t recipe iuramenta per noīa
idoloꝝ. vtz in. c. monet. xxij. q. j. vbi dicit̄.
Qui vtit̄ fide illius quē constat iurasse per
falsos deos: ⁊ vtit̄ non ad malū: sed ad bo
nū ⁊ licitū: non peccato illius se sociat: ꝙ
per demonia iurauit sed bono pacto eius
quo fidem seruat. Sequit̄ infra. Cui q̄stio
ni possunt illa testimonia suffragari: q̄ ipse
cōmemorasti de Laban ⁊ Abimelech. Si
tn̄ abimelech ꝑ deos suos iurauit: sicut la-
ban ꝑ deū suum sochoth: qd̄ iuramentum
recepit Jacob Gen̄. xxxi. qui tamen sctūs
fuit. Sic in lib. machabeoꝝ ca. viii. romani
pacem formasse cum iudeis: intelligendi
sunt iurasse ꝑ falsos deos: sicut iudei iura-

A uerunt per verũ deũ. Tertio modo iurat̃ p creaturã: scz sibi aliquod malũ vel penã imprecando ⁊ hoc iuramento: de quo magister senten. li. iii. dist. xxxix. dicit. Est q̃dã gen⁹ iuramẽti grauissimũ qõ fit p execrationem: vt cũ homo dicit. Si illud feci patiar hec: ⁊ illud contingat filiis meis: si illud iuramentũ falsum est: tũc est periculosum: quale fuit iuramentũ petri cum cepit iurare ⁊ anathematisare. ℳat. xxvi. q̃ iuramento hoies cõiter vtũtur in ira ⁊ furore. De illo mõ iurãdi dicit sctũs Thomas. scda scde. q. lxxxix. arti. vi. Alius modus inquit est p execrationẽ: ⁊ in hoc iuramẽto adducit̃ creatura aliq̃: in qua diuinũ iudiciũ exerceat̃. Sic solet hõ iurare per caput suũ p filiũ suum: aut p aliã rem quã diligit. Sic iurauit apls. ii. ad Corin. i. dicẽs. Ego testẽ deũ inuoco in aiam meam. Hec Thomas. Et sunt multi modi iurandi per execrationẽ. Aliq̃ dicunt. Nunq̃ ab oculis viuus recedã si mentior. Vel deus nunq̃ misereat̃ aie mee si nõ fecero: vel deus plaget me igne vel lepra si nõ fecero qõ iuro.

B Et ſm Augu. per que sic iurans se obligat: valde terribile est se vel suos sic mendaciter obligare: vel etiam in causa vera immo stultum est sine magna necessitate. Exemplum legit̃ q̃ vsurarius quidam in morte compũctus rogauit duos amicos suos: vt pecuniam quã traderet eis restituerẽt. Et primus obligauit se sub pena lepre: alius sub pena cecitatis. Qui post obitum ipsius negligentes fuerũt. Volẽtes primitus cum ista pecunia lucrari aliq̃d ⁊ postmodũ restituere. Et mox in illis infirmitatib⁹ cõsumpti sunt ambo put se obligauerant. ¶ Tertii sunt q̃ peccãt ꝓtra illũ p̃ceptum: ⁊ sunt q̃ plena volũtate se disponũt periurare ⁊ añq̃ iurent videnť periuri censendi: q; deus non iudicat ex op⁹ sed ex cogitatiõib⁹. Ideo dr̃ in decre. xxii. q. v. c. Qui periurare paratus est añq̃ iuret periurus esse videť: qa deus nõ ex op⁹ sed ex cogitationib⁹ iudicat ⁊ corde. hec ibi. Ergo si vnq̃ ad iudicium accessisti de illa intẽtiõe q̃ iurare voluisti ⁊ nõ p̃fecisti: penitere: q; corã deo periurus es. Exemplũ ptz de duob⁹: quor; vn⁹ cõcessit alteri summã pecunie: ⁊ q̃n̄ termi-

C nus solutiõis aduenit simpliciter negauit: ⁊ iurare voluit. Cumq̃ flecteret ḡnua ad iurandum obmutuit: ⁊ nihil loqui potuit: sed erect⁹ econuerso loquelã accepit. Qui iterũ secũdario genua flexit ⁊ periurare voluit: qui iterũ obmutuit: ⁊ sic omnib⁹ manifeste innotuit q̃ periurare voluit: ⁊ iam corã deo periurus fuit. ¶ Quarti sunt q̃ peccant cõtra hoc p̃ceptũ q̃ sciẽter iuramenta falsa ⁊ iniqua recipiunt: ⁊ tales mortaliter peccant. vñ dr̃ in decre. xxii. q. v. c. Ille qui homine ꝓuocat ad iurationẽ: ⁊ scit eũ falsum esse iuraturũ: vincit homicidam: q; homicida corp⁹ occisurus est: ille aiam: imo duas animas: eius scz quã iurare ꝓuocauit ⁊ suam. Ibidẽ dr̃ capko p̃cedenti. Si quis periurauerit ⁊ alios sciẽs in periurium duxerit: quadragita dies peniteat in pane ⁊ aqua ⁊ septẽ annos sequẽtes: ⁊ nunq̃ sit sine penitẽtia: ⁊ alii si cõsciι fuerint similiter peniteant. Sed diceres sic. Nullus posset alium cogere ad soluẽdum: si nullus deberet exigere iuramentũ. Rñ. q̃ posset eũ ad iudicium citare: ⁊ iusticiam ab eo exigere. Et si sibi negauerit ⁊ iurat: quid prodest alteri falsum iuramentũ suũ. Et sic aiam suam ⁊ illius simul dãnat: poti⁹ deberes illa bona dare illi q̃ damnare sic animã tuã ⁊ illius: ⁊ deus tibi remuneraret: vt si velit ille saluari tenet̃ sibi soluere pecuniam: vel bona p; quib⁹ vult iurare. Sed diceres. Ex hoc sequeretur cõfusio mea: quia credent homines me iniustã causam habere cũ ab eo iuramẽtũ nollem. Rñdet̃ q̃ propter malos homines qui vt frequenter malum iudicant nõ debes deum offendere ⁊ animã tuã perdere. Sed hoc deberent attendere illi qui audẽt dicere: si quis tres denarios teneret̃ mihi: deberet iurare si nollet soluere. Legit̃ q̃ quidaz bonus homo citauit quendã ad iudiciũ ꝓpter quandã summaz pecuniarum: ⁊ ille instãter negauit: ⁊ se ad iuramẽtum exhibuit: quod alius ab eo accepit: licet sciret eum falsum iurare. ℳox sequenti nocte raptus fuit ad iudicium: et vidit christuz sedere in sede maiestatis sue exigẽs rationẽ illius ab eo: qui ei iurauit ⁊ de anima sua ꝓpria: quos cognouit ambos esse damnãdos. Tũc iudex ab eo que-

fuit cur iuramentū ab eo recepisset? At ille. Quia mihi meū negauit. Et iudex. Nōne potius debuisses perdere talem substātiam q̄ ipius animā ⁊ tuam? nōne anima plus est q̄ oīs talis substantia? Tūc talis iudex iussit eum flagellari. Qui euigilans omnia que acciderant sibi enarrauit ⁊ in signū hui⁹ plagas in dorso ⁊ in corpe ostendit ⁊ nullo mō potuit sanari donec penituerat. Sed tūc queriē si iudex scit eū falsum iuraturū an debet cogere eū ad iuramentū ⁊ ei⁹ recipe iuramentuz? Rñdet archidiaconus in rosario suo sup cap. ille. xxij. q. v. q̄ iudex nō peccat: ⁊ pōt eius recipere iuramentū q̄uis scit eum falsum iuramentū facturū. Hoc idem tenēt theologi. Unde btūs Augustī. allegat in sermone de decollatione Joannis baptiste. q̄ quidaz Tutus nomine de yponēsi ecclia ppt falsum iuramentū qđ a vicino suo receperat: grauiter in nocte sequenti fuit a spiritibus flagellatus. Jdeo dicunt theologi q̄ ideo non peccat iudex: quia ipe nō requirit iuramētū ppter se sed ppter alios: ⁊ sicut minister legis: cuius ipse nō est dispensator sed executor: vñ nō pōt remittere iuramētum qđ fm ordinē iuris exhibēdū est. Jtez ideo nō peccat q̄ nō ipe compellit eū iurare sed lex q̄ hoc mādat. Uñ sicut nō peccat iudex interficiēs hoiem cōuictum fm allegata ⁊ pbata quantūcunq̄ sciat ipse eum innocētem: quia non ipse eum interficit sed lex. vt dī. xxiij. q. v. ca. si homicidium. Sic non peccat iudex requirens iuramentum in iudicio seruando iuris ordinem quantumcunq̄ sciat iurantem falsum esse iuraturum. Debet tamen statuta ⁊ legem imponens iuramenta cum magna grauitate pēsare. Et debet diligenter inquirere si alio modo potest veritatem inquirere aut indagare anteq̄ statim iurare cōpellat. Uel deberet recurrere ad superiorem. Hec via tutior esse videt iudici. Si autez esset dubius ⁊ ignorat vtrū sit falsum iuraturus vel non: tūc non peccat iudex si iuramentū ab eo requirit. Hec Augustī. de anchona super Mathe. Jdem tenet Thomas in. ij. ij. q. xcviij. arti. iiij. Sed qđ est de illo qui audit aliquē iurare falsum ⁊ ipse scit ⁊ tacet, Rñdet Thom. scđa scđe. q. xcviij. arti. iiij. allegans illud Leuit. v. Si peccauerit anima ⁊ audierit vocem iurantis falsum: testisq̄ fuerit quod ipse vidit aut conscius est nisi indicauerit: iniquitatem suā portabit. Rñdet Thom. di. q̄ sicut Augustī. dicit. Moyses non expressit in predicta auctoritate cui sit indicandū periurū alterius ⁊ ideo intellexit q̄ debeat indicare talibus q̄ magis pōt prodesse q̄ obesse periurio. Similiter non exp̄ssit etiā quo ordine debet manifestare. Jdeo videtur esse seruandus ordo euangelicus cū sit peccatū periurij occultū: ⁊ precipue quando non vergit in detrimentū alteri⁹: qz in tali casu nō haberet locum ordo euangelicus. Hec Thomas.

¶ Non accipies nomē dei tui inuanum.

Quinti qui peccant contra illud preceptū sunt oīes illi qui iurāt se velle facere aliquod malū: vt occidere hoiem aut luxuriari aut illū velle verberare aut se velle vindicare: aut illi elemosynam non dare aut nō hospitare: tales oēs peccāt mortaliter. Contra q̄s Jsi. in li. de summo bono. ⁊ ponitur. xxij. q. iiij. c. in malis promissis rescinde fidem: in turpi voto muta decretū. Sic iurauit Dauid velle occidere Nabal. vt ptz. j. Reg. xxv. ⁊ ponit xxij. q. iiij. c. q̄ Dauid iurauit per sanguis effusionē sed non impleuit. Maior pietas fuit q̄ si impleuisset. Jtem ibidem iurauit Dauid temere: sed non impleuit iuratiōem maiori pietate duct⁹. Talia iuramēta nūq̄ sunt implenda. vtz. xxij. q. iiij. ca. Si aliquid forte nos incautius iurare contigerit qđ obseruatū in peiorē vergit exitū: libere illud salubriori cōsilio mutandū nouerim⁹ hec Beda. Uergit aūt in peiorē exituz sex modis. Primo qñ fm se ē malū: ⁊ est mortale pctm̄ in se: vt cū q̄s iurat se illū occidere velle aut cōmittere adulteriū: in q̄ casu peccat iurādo ⁊ iuramentū implēdo talis q̄libet sic iurans auctoritate ppria: pōt cōtrauenire iuramēto sz imponēda ē ei pnia de temerario iuramēto. Jō dī. xxij. q. iiij. Uideo dauid piū hoiem ⁊ sanctū: iuratiōnē temerariā incidisse ⁊ maluisse non facere qđ iurauerat: q̄ iuratiōnē suā hois fuso sanguine implere. Jbidē añ. c. iurauit dī.

A Dauid de duob⁹ pctis minimū elegit. Secundo vergit in deteriorem exitū: qñ qs iurat qđ in se est veniale. Talis etiā pōt ꝓtra uenire ꝓpria auctoritate. Tertio cū qs iurat qđ i se licitū ē: sz de nouo aliqđ emergit qđ est illicitū qđ fuit imꝑmeditatū non peccat iurādo sed peccat illud illicitum implēdo: ꝙle fuit iuramentū Herodis: q̄ iurauit puelle saltāti se datuꝝ quicqđ petisset. hoc eñ iuramentum poterat esse a principio licitū intellecta debita ꝙditiōe: scz si peteret qđ dare liceret: sz impletio iuramenti fuit valde illicita. Vñ Ambroſ. in li. de officijs. z ponit. xxij. q. iiij. c. est etiā cōtra officium nōnunq̄ soluere iuramētū: vt Herodes q̄ iurauit qñ quicqđ petitura esset dare filie herodiadis: necē ioannis prestauit ne promissum negaret. Hec ille. Detestabile eñ valde fuit peccatū herodis: qa sub ꝓtextu iuramenti miscuit homicidiū epularū conuiuio. Recitat eñ Hiero. Cum q̄dam comes dormiret in sinu meretricis: z diceret ei meretrix: nunq̄ vidisse hoiem decollatū: mandauit vt cuidā qui reus erat mortis caput in cōuiuio truncaret. De quo vehementer fuit reprehensus: quod epulas sanguini cōmiscuerat: z mortem q̄uis noxij hominis in delicias alterius prestitit. Tale peccatum Herodis nullo modo fuit excusabile: imo vehementer fuit aggrauatum ꝓpter malam intentionē. Dicit enim Hieron⁹. q̄ Herodes ideo iurauit: vt future occisionis machinas ꝓpararet. Nam causam occidendi non videbat: populū timebat q̄ eū tanq̄ ꝓphetā habebat. Secundo propter rei illicite iurationē. Nam iurauit ꝓpter filie saltationē. Tertio ꝓpter iusti interfectionē: qui nunq̄ peccauit: talis etiā sic iurās pōt ꝓpa auctoritate ꝓtra uenire suo iuramēto. Quarto ꝭgit i exitū deteriorē: z iō nō est obseruādū: qñ excludit opus pietatis ex charitate faciendū: vt qñ iurat aliq̄s q̄ nihil dabit isti vel illi ex charitate: vel non dabit elemosynā illis fratribus aut monialibus z c̄. Quinto qñ excludit opus de genere bonoꝝ: vt cum quis iurat q̄ nunq̄ erit epūs aut monachus vel sacerdos: z q̄ nō celebrabit vsq̄ ad mensem vel q̄ non ieiunabit ꝓ pctis in pane z aqua vel q̄ non dicet psalteriū. Sexto cū excludit opus indifferens pia intentione ꝓ deo aut ꝓximo faciendū: vt si quis iurat q̄ non loquaꝫ martino: vel domū eius non intrabit: vel q̄ nō coquet ad furnū eius: vel non molet ad molendinuꝫ eius: si aliquis iuret hmōi indifferens: credo q̄ propter hmōi iuramenta non debet declinare a talibus si ea velit facere pia intentione: z ꝓpter deum z salutē anime sue: z ꝓpter tollendum scandalum ꝓximi: cōtra quem sic iurauit. In istis vltimis trib⁹ q̄uis hmōi iuramenta nō sunt obligatoria nec imponenda fit penitentia ꝓ transgressiōe earū tanq̄ pro mortali: non expedit tamen ꝓpter reuerētiam sacramēti: cum est scandalū simpliciū qui reputant se incurrere ꝑiuriū z inde incurrūt in facilitatem labendi in ꝑiuriū: vel petenda est absolutio a supiori: qui hmōi iuramenta debet faciliter relaxare: vel potius ostēdere sic iurātes non fuisse obligatos z imponere pniam de temerario iuramento. Cōcordat Tho. cū hoc in scripto.

¶ Sexti q̄ peccāt ꝓtra hoc p̄ceptum sunt q̄ dicūt q̄ iuramentū qđ quis ꝓpter metum corpis vel per vim vel p metū extortum iurauit se aliq̄d facturū vel daturū: q̄ hoc nō sit obligatoriū. Contra quos dī extra de iureiu. c. veruꝫ. vbi dicit. An a sacri vinculo absoluent: q̄ illud inuiti ꝓ vita seruāda z rebus fecerūt. Sequit. Cetez vt agatur consultius: z auferat via ꝑiurandi nō eis ita expresse dicat: vt iuramēta nō seruent. Hec ibi. Ergo iurās reuerti ad carcerem vel captiuitatem tenet seruare iuramētū: vt determinat Aug. j. đ ciui. dei. c. xiiij. cōmendans marcū regulū ciuem romanū: q̄ cum esset duct⁹ captiuus a carthaginensibus: z missus romam ab eisdē pro cōmutatione captiuoꝝ mortuoꝝ. Ille romam veniens: venit in senatū z captiuos reddi et cōmutari negauit esse vtile: eo q̄ illi essent adolescentes z boni duces. Ipe aūt ꝓtute deficiens: z cum retineretur a propinq̄s z amicis redire maluit q̄ fidem hosti nō seruare: qz iurauerat p falsos deos se reuersurū: poti⁹ reuerti tñ voluit q̄ suū iuramētum nō seruare: q̄uis sciret q̄ eum occidere vellēt. Patet ergo q̄tumcūq̄ fuerit me-

B

C

D

E tus ꝙ semper iurans obligat̃ dũmodo pos
sit seruare sine interitu salutis. i. si non ver
git in peiorem exitum. Et si alicubi inuenia
tur rñsum ꝙ nõ tenet̃: intelligit̃ dictum in
odium violẽtoꝝ: vel cũ quibus iurauerat
se datuꝝ res eccl̃iasticas. vt patz extra de
iure iur̃. c. Si ꝟo. Extra qđ vi metus. c. ad
audiẽtiam. Põt tñ qui sic iurauerat petere
ab epõ vt cogat illũ absoluere a iuramẽto
extra de iureiur̃. c. ex ministratione. sed si
non poterat ad hoc induci soluat ⁊ postea
repetet: qꝛ licet iurauerat soluere: nõ tamẽ
iurauit nõ repetere. ex de iureiur̃. c. debi-
tores. extra ꝙ vi metus. cau. ad audientiã.
Si aũt iurauerit ꝙ soluerit ⁊ nõ repeteret
tunc denũciet ecclesie ꝑm formã euangeli-
cam. Si peccauerit in te frater tuus: vt sic
eccl̃ia compellat ip̃m ad pn̄iam: in qua ve-
niet absolutio iuramenti vel restitutio ma-
li accepti. Si vero iurauit ꝙ non denũcia-
ret iuramentũ est illicitũ quo ad hoc ⁊ ideo
nõ est seruãdũ. Cum his etiã cõcordat tho
mas in sum. q. lxxxix. ar. vij. ⁊ pe. ⁊ Inno-
centi⁹ extra de his q̃ vi metus. cã fiũt in glo
F sa. sup. c. ad aures. ⁊ Bern̄. sup. c. abbas.
⁊ Hostiẽ. in glo. super. c. ad aures. Cũ au
tem quis est cõpulsus ab alio sciẽter periu-
rare: ambo sunt periuri: ⁊ peccant mortali
ter. vt dicit Raym̄. c. x. quid de illo. xxij. q.
v. qui compulsus. Ponat̃ casus ꝙ vniuer-
sitas alicuius ciuitatis vel collegij obliga-
uit se iuramento: ⁊ aliqui iurantes mor-
tui sunt. ¶ Queritur: vtrũ successores sunt
periuri si transgrediantur? Respondet̃ ꝑm
Raymun. §. xv. Itez pono ⁊ dico ꝙ sunt
piuri. Obligatio em̄ iuramenti ꝑsonalis
est: ⁊ nõ transit ad successores: q̃tũ ad per-
iurium periculi: tenent̃ tamen adimplere.
Archidiaco. extra de iureiur̃. c. veritatis.
Concordat Thomas in sum. arti. ij. Sed
quid si hoĩes alicui⁹ ciuitatis vniuersitatꝫ
aut societatis iurant se aliq̃d facturos nũ-
quid pñt sibi iuramentũ remittere? Respõ
det Guilhelm⁹. ⁊ idẽ notat Joannes de li
gnano de iureiur̃. in cle. capi. vnico. ꝙ hoc
põt ĩtelligi quatuor modis. Primo si iura-
mentũ fit de his q̃ pertinẽt ad cultum dei:
seu ad religionem vel pietatẽ nõ possunt si
bi mutuo remittere. Ut si duo iurẽt ꝙ ibũt
vltra mare ad militãdũ ꝓ fide: vel ꝙ intra G
bũt religionẽ vel ꝙ dicẽt duo vel tria psal-
teria adinuicẽ. Aut si artifices iurãt vt de
lucro suo portionẽ dabunt alicui eccl̃ie fa-
bricãde: vel in alios pios vsus non pñt sibi
mutuo remittere. ¶ Scđo mõ põt intelligi
si iuramẽtũ fit de tp̄alibus si tale sit ꝙ abs-
q̃ iuramẽto tenent̃ facere: tunc etiam non
possunt remittere mutuo: vt si carnifices
iurent ꝙ nõ vendant carnes infectas: ⁊ ꝙ
mercatores nõ sophisticabũt merces suas
⁊ hmõi. ¶ Tertio mõ potest intelligi si iu-
ramentũ fit sup̄ re tẽporali: sic tñ ꝙ illđ qđ
iurant nõ tenebant̃ facere absq̃ iuramen-
to: tũc illđ qđ iurat̃ si spectat ad cõmodum
vel incõmodũ iurantiũ: pñt sibijnuicem re
mittere: vt si iurat aliq̃s ꝙ faciet alteri do-
mũ vel scribat librũ: ⁊ ille reddet ei merce-
dem: silr̃ quãdo duo socij iurãt se cõicare si
bi omnia bona sine lucro. Si aũt spectat ꝙ
iurat̃ ad cõmodũ alioꝝ magis q̃ iurantiũ
nõ possunt sibi remittere: vt si artifices iu-
rant: ꝙ de mercibus. xx. solidoꝝ non reci-
piant de lucro nisi vnũ solidũ: vel ꝙ nõ tra
hent pannum dum mẽsurant ementibus. H
¶ Quarto mõ si obseruantia iuramenti sit
alijs dãnosa: tale iuramentũ nõ est obliga
toriũ: vt si sutores iurãt ꝙ certo tẽpore nõ
laborabũt propter hoc vt carius vendant:
vel carnifices nõ mactabũt aĩalia nisi sub
certo nũero vt carius vẽdãt: tenent̃ ⁊ de-
bent sibi mutuo iuramentum remittere.
¶ Tertio querit̃: quis põt in iuramẽto di-
spensare ⁊ q̃liter? Rñdet Aug. de ancho-
na sup̄ Math̄. dicens. ꝙ dispensatio iura-
menti potest dupliciter intelligi. Primo ꝙ
ip̃m iuramentũ nõ seruet̃: sic in iuramẽto
dispensare est impossibile per hoĩem: qꝛ ob-
seruatio iuramenti cõtinet̃ sub diuino pre-
cepto: ⁊ indispensabile est iuramentũ: ⁊ p̃-
cipue mandata prime tabule. Scđo intel-
ligit̃ ꝙ cõtentũ vel inclusum sub iuramen-
to nõ includat̃ vel cõtineat̃: ⁊ sic põt cũ iu-
ramento dispensari: vt negocium quod ca
dit sub iuramento non cadit sub eo: qꝛ forte
qđ sub iuramento est cõtentũ: repugnat co
mitibus qui iuramẽtum sequuntur. Qñq̃
em̄ repugnat iusticie ⁊ equitati: vt si quis
iurat hoĩem velle occidere vel adultera-

ri: ⁊ in talibus non indiget dispensatione.
no z aqua mixta: z patena cū pane azimo
z tūc dicuntur sibi verba p̄scripta. Accipe
z̄c. z imprimitur sibi caracter i anima q̄ est
potestas spūalis ad corpus chr̄i ꝓficiēdū.
Et illa potestas est equalis in omnibus tā
malis q̄ bonis: sicut dicit Augu. in sermo-
ne de sacro altaris: z ponitur. j. q. j. c. In-
tra catholicam eccl̄iam i ministerio corpo-
ris chr̄i nihil a bono maius z nihil a malo
minus perficitur sacerdote: q̄ non in meri
to cōsecrantis sed in verbo efficitur creato
ris z in virtute spūssancti. Idem dicit̄ de
cōse. di. ij. c. Panis est in altari z in. c. reue
ra. Sed missa mali sacerdotis non est deo
accepta adeo sicut boni: q̄uis sit eque ve-
ra. Correlariū primū. Nulla creatura pre-
ter sacerdotē pōt tante sanctitatis aut po-
testatis existere: q̄ valeat corpus domini
in altari offerre aut cōficere. Patet q̄ nec q̄
femina sancta: quia non est caracteris su-
sceptiua: vt dicit. s. Tho. in. iiij. dist. xxv.
q. iij. arti. j. Si mulieri omnia adhibeantur
que in ordinibus fiūt: non tamen ordinem
F suscipet. Quia cū sacramentū sit signuz in
his q̄ in sacro aguntur requirit̄ non solum
res sed significatio sicut in extrema vnctio
ne exigitur q̄ sit infirmus vt significet̄ cu-
ratione indigens. Cum ergo in sexu femi-
neo non possit significare aliqua eminen-
tia gradus: nam mulier statū subiectionis
habet. Ideo nō pōt ordinez suscipere. hec
ille. Item nec̄ aliq̄s rex magnus est adeo
potens q̄ possit corpus chr̄i cōficere dato
q̄ pferret verba: nō tamen consecraret: qa
non habet caracterem. Etiam nec̄ angelus
cadē rōne. Correlariū secūdum. Qui
est in corpe aut in anima viciatus ab im-
molatione huius sacramenti de iure est repro
batus. Probatur p illud. xlix. dist̄ c. Hinc
etem supna voce ad moysen dr̄. s. Leuiti.
xxj. Loquere ad aaron. Homo de semine
tuo p familias suas hīs maculam nō offe-
rat panes deo suo: nec accedat ad minister-
iū eius. Ubi repente subiungit. Si cecus
fuerit z̄c. Super quo dicit Nicolaus de
Lyra. Si maculam habuerit. i. notabilem
deformitatem: quia tales videntur cōtem- S
ptibiles: ne ex hoc vilesceret sacerdotale
officiū. Si cecus fuerit. i. ignarus diuine
legis. Si claudus. i. iniustus: quia est offi-
ciū diffinitoris in foro consciē. Naso defor-
mis. i. indiscretus: qa est officium discreto-
ris in lepra. Fract9 pede. i. ineptus ad gra-
diendū in via mor: qa sacerdotiuz est offi-
ciū precursoris. Mancus. i. impotens ope-
rari virtuose. Gibbus id est superbus. Lip-
pus. i. videns obscure in pertinentibus ad
salutem. Si habēs albuginem in oculo: id
est auarus. Habens iugē scabiem. i. castri
margiam hīs. Impetiginē habēs. i. luxu-
riam. Hernioſus. i. ruptus z ponderosus
ad terrena affectuosus. Correlarium ter-
tium. Peccant sacerdotes ociosi ab immo-
latione torpentes raro istud sacrificiū imo
lantes. de q̄b9 dr̄ extra de cele. missa. c. do-
lentes referimus. vbi dr̄. Sūt aliq̄ q̄ missa-
rum solennia vix celebrāt quater in anno.
Contra quos apls. ij. Cor. vj. Hortamur
vos ne in vacuum gratiam dei recipiatis:
quia in illis sacerdotibus raro missam cele
brantibus talis ptās est vana: q̄n raro de- b
ducitur in actū. Et aliquando habent talia
beneficia q̄ de iure tenent̄ celebrare pro sa
lute fundator: z non curant: subleuant tn̄
pondus fructuū. Un̄ btūs. Gre. in omelia.
Cū crescūt dona: crescūt z rōnes donor.
Ideo cum sacerdoti sit data ptās nobilissi-
ma reus negligentie erit nisi illa vtatur ad
honorē dei z salutē suam z alior. s. viuo-
rum z mortuorū ꝑm illud. j. Pet. iiij. Unus-
quisq̄ sicut accepit gratiā in alterutrū illā
administrātes nisi forte ex familiari instin-
ctu dimitteret. Hō sacerdotib9 preceptum
est. Hoc facite in meaz cōmemorationem.
Sed alij econtrario prochdolor: nunc cele-
brant magis propter pecuniam q̄ propter
deū: immo duas missas celebrant pro mo-
dico lucro q̄ est magna peruersitas: z cōtra
illud qō dr̄ extra de cele. mis. c. te referēte.
vbi dicit̄. Cum cuilibet sacerdoti quacūq̄
prefulgeat dignitate vnaz in die celebrare
missam sufficiat: nā valde felix est qui vnaz
digne celebrat. hec ibi. Excipitur tn̄ casus
necessitatis z dies natalis in q̄bus q̄libet
pōt tres missas celebrare, vtz ibidem. c. cō

A suluisti. Etiã in necessitate qñ funus est p̃sens pōt dicere vnã missam de die ⁊ aliam ꝓ defunctis. Sunt etiaz q̃dam sacerdotes q̃ sunt valde indeuoti nullã habẽtes penitus deuotiõem ad missaꝝ celebratiõem accedentes ad altare ex q̃dam cõsuetudine ⁊ in pctis mortalib⁹. Debet eñ quilibet sacerdos celebraturus in se habere tria. Primo horaꝝ canonicaꝝ ꝑsolutionez. Debet eñ dicere matutinas ⁊ primã cũ deuotiõe vtz de cele. missa. c. dolentes. ⁊. c. p̃s byter. Secũdo orationũ spẽaliũ p̃libationẽ: ⁊ est cõsilij: vt q̃libet dicat aliq̃s deuotas orationes: qꝛ ꝑ eas mens ad deuotiões excitat̃ ⁊ spũs ad deũ dirigit̃ ⁊ reliquie peccatoꝝ astrigunt̃. Tertio debet habere pctõꝝ purã cõfessionẽ: vt nullũ pctm̃ i ꝯscia habeat. Perpẽdant illi sacerdotes peruersi qui in nocte p̃cedenti iacuerunt cũ meretricibus: ⁊ de mane sine verecundia inconfessi celebrant. Contra quos dr̃. xlix. di. ca. Sacerdotes nomen dñi despiciunt: ⁊ q̃ꝫtum ad se pertinet panẽ pollutũ offerunt qui ad altare indigne accedunt nõ aduertentes dictũ

B apl̃i. j. ad Corin. ix. Quicunqꝫ manducauerit hunc panẽ indigne: iudicium sibi mãducat ⁊ c̃. O iudas infelix melius tibi fuisset si nunq̃ꝫ natus fuisses. Secunda cõclusio. Quilibet chr̃icola nõ legitime impeditus audire missam in dñicis dieb⁹ est obligat⁹. Probat̃ ꝑ illud qđ dicit̃ de cõse. dist. j. ca. Missas omni die dñica secularibus totas audire speciali ordine precipimus: ita vt ante benedictionẽ sacerdotis egredi ppl̃s non presumat. Qđ si fecerit ab ep̃o publice confundat̃. Dicit̃ glo. super verbo precipimus. Hoc dico inq̃t preceptũ esse. vñ contra preceptũ faciunt qui diebus dñicis nõ audiunt missas: nisi aliqua necessitas cogat. Hec glo. Idem dr̃. c. sequẽ. s. cum ad. Sed diceres. Hoc preceptum non cogit nisi seculares cum dicit secularib⁹. Ergo clerici ⁊ religiosi pñt dimittere missaz. Respõdetur negando consequentiã. Quicq̃d eñ ꝑfectiõis spũalis secularib⁹ precipitur hoc in susceptione sacri ordinis vel in ingressu religionis clericus ⁊ religiosus quasi in mandato recipit. Nam in diebus dominicis sacerdotes spẽaliter celebrare debent, vtz de cõse. di. ij. ca. Quotidie accipere eucharistiã nec laudo nec vitupero: om̃ibus tñ dñicis diebus cõicandum hortor. Tenetur ergo q̃libet in festis audire missam. Sz quidaz sunt valde steriles auditores. Quidam eñ fidem nõ attendũt ⁊ quidam propter pulchras mulieres limina eccl̃iaꝝ frequentant. Alij corꝑe in eccl̃ia: ⁊ mẽte sunt in domo aut in foro ⁊ tractant temporalia. Alij ore loquũtur: sed cor eoꝝ longe a deo vagari ꝑmittunt. Alij cito sine causa recedunt: q̃dã tarde veniũt. Alij in eleuatione ⁊ in auditu campane cito veniũt ⁊ currũt ⁊ statim facta eleuatiõe recedunt. Alij stãt in cimiterio garrulãdo ⁊ tractando ibi noua. Alij sunt excõmunicati: ⁊ tñ intrant ecclesiam ⁊ audiunt missam. Et si sacerdos scienter celebrat in p̃sentia excõicati etiam religiosus exemptus ip̃o facto est interdictus ab ingressu eccl̃ie. vtz extra de priuil̃. c. [illegible]ruz. Et si interim celebrauerit fit irregularis. vtz de sen. excõ. c. cũ medicinalis. ji. vj. Scđo hoc debet facere ieiunus tam celebrãs q̃ꝫ ministrãs: ⁊ audiẽtes debẽt eẽ ieiuni. vtz de ꝯse. di. j. c. Sacr̃a altaris nõ nisi a ieiunis hominibus celebrentur. Idẽ patet. c. solent. ibidem. Et extra de tẽ. or. c. lr̃as. Nõ eñ minister debet p̃us comedere offam ⁊ postea legere euãgelium: sic etiam audiẽtes. Et hoc ꝓpter maiorẽ deuotionẽ Qñ eñ hõ ieiunus est: tunc est ad deũ deuotior. Tertio debet fieri stando: sed non semper. Aliqñ genuflectere: aliqñ inclinare se debet. Naz in principio misse quando sacerdos dicit. cõfiteor. tunc oẽs circũstantes debent flectere genua sua confitendo cum ip̃o eoꝝ pctã aut dicere pr̃ nr̃: vt deus sui misereat̃. Scđo pōt sedere quãdo legit̃ epl̃a ⁊ cantat̃ graduale ⁊ alleluia ⁊ significat illa tria: ꝙ chr̃s in triduo illo qñ eum mr̃ sua ꝑdidit sedebat inter doctores. Sed quidaz etiã stant qñ legit̃ epl̃a vt multi nobiles: q̃a Paulus cuius epl̃e leguntur fuit nobilis. Aut ideo qꝛ comꝑat dicta sua euãgelio: s̃m qđ ip̃e dicit: s̃m euãgelium meũ: aut ꝓpter suꝑstitiõem vt aliq̃ mulieres impregnate. Credunt eñ sed false si sederent qñ legit̃ epl̃a ꝙ puer quẽ portant in vtero incurreret fistulam. i. talẽ morbũ: q̃ aperta

C

D

est insañia diaboli. Scdo debem⁹ stare qñ
E legit euangeliũ. vtz de ꝯse. dist. j. c. apl'ica
vbi dicit Anasta. papa. apl'ica auc̃te mãda
mus dũ sancta euangelia in eccl'ia legunt
vt sacerdotes ⁊ ceteri nõ sedẽtes: sed vene
rabiliter curui in conspectu euangelij stan
tes verba dñica intente audiant: ⁊ fideli-
ter adorent. i. venerent. Cõtra qd̃ faciũt q̃-
dam vertentes dorsa ad euangelium. Vñ
Joannes de mãdauilla in tractatu de de-
scriptione terre sctẽ dicit ꝙ saraceni viden-
tes lr̃as soldani genuflectunt se ante eas ⁊
ipsas adorant: ⁊ portantibus oẽm huma-
nitatẽ oñdũt quã possunt. Sic nos literas
oĩpotentis regis audire debemus reueren
ter. Debent etiaz stare capitib⁹ discooptis
in signũ ꝙ inter deũ cui⁹ ꝟba ibi leguntur
nullũ debet esse mediũ: vt influxũ gr̃e faci-
li⁹ recipe valeãt: vel ne caputiũ eũ impedi-
at ĩ auditu. Sed q̃dam nõ solũ qñ legit euã
geliũ hñt caputiũ in capite: sed etiã pilleũ:
sic nõ frigescũt in pedib⁹. Layci etiam non
debent stare cũ clericis in sancta sanctorũ.
vtz de cõ. di. ij. c. scriptũ est. A fortiori mu-
lieres non debẽt appropinq̃re altari ⁊ cho
F ro: nisi qñ volunt cõicare aut offerre: quia
gratũ est deo stare cũ humili reuerentia q̃
cũ arrogãti iusticia: ⁊ hoc a longe sicut ptz
in publicano qui stetit a lõge ⁊ percussit pe
ctus suũ dicẽs ⁊c̃. Nemo etiã debet veni-
re ad eccl'iaz cũ falcone aut cane venatico
Quarto debet reuerenter se inclinare po-
nẽdo se super genua quãdo sacerdos vult
eleuare corpus dñicum. De hoc nota supe
rius in sermone de adoratiõe corpis chr̃i.
Quinto qñ legit Pr̃ nr̃ ⁊ illud verbum au-
ditur. Et dimitte nobis debita nostra: tũc
debetis tundere pectora vr̃a. Quia pecca
ta venialia delent per pectoris tunsionem
vtz de pe. di. j. c. medicina. Circa quod no
tandum ꝙ pctã venialia remittunt hoĩ sex
modis in missa: qui deuote audit missam.
Primo qñ dicit confiteor cum sacerdote in
principio misse: ⁊ est generalis cõfessio vbi
remittuntur pctã venialia: dũmodo nõ ob-
stant mortalia. Secundo quotienscũq; no-
minat Jesus ĩ missa. Actu. x. Huic oñes
ꝓphete testimoniũ perhibẽt in noĩe ipsius
remissionẽ pctõꝝ accipe. Tunc q̃libet de-
bet deuote se inclinare. vtz de emunitate
eccl'ie. c. decet domum dei. li. vj. Tertio qñ G
dr̃. credo. ⁊ dr̃ illud verbũ ⁊ hõ factus est:
tunc quilibet debet reuerenter cadere ad
genua. Quarto qñ eleuat hostia: si q̃s tũc
reuerenter se inclinet. Quinto quando di
cit. Et dimitte nobis debita nostra: si quis
tunc humiliter ꝑcutit pectus suuz. Sexto
ꝑ presbyteri bñdictionem ⁊ aque bñdicte
aspersionem. vtz. xxviij. dist. presbyterum.
Nec sunt tot stelle in celo: nec tot arene in
mari: quot sunt gratie ĩ missa. Valet enim
primo ad corpis cõseruationẽ: quando q̃s
deuote audit missam: tũc non senescit. Pa-
tet figura huius ĩ ligno vite: quod renoua-
uit omnem corruptionem. Cui⁹ figura est
hoc sacramentũ. Idem patet in manna q̃-
diu fuerunt filij israel in deserto ⁊ come-
derunt manna non fuerunt eoꝝ vestimen-
ta attrita nec sotulares. Secũdo valet mis
sa ad bonorum temporaliuz multiplicatio-
nem. Cuius exemplum patet in vita Joan
nis elemosynarij de duob⁹ sutoribus. Ter-
tio valet ad gratie augmentationem. Sũt
etiã spẽales gr̃e: vt si q̃s illa die audiuisset H
missam ⁊ moreret tm̃ valeret ac si cõmuni-
casset. Quia dr̃ de cõse. di. ij. c. Ut quid pa-
ras dentẽ ⁊ ventrẽ. Crede ⁊ manducasti.
Quam etiã bonum sit audire missam patet
ꝑ tale exemplũ. Sacerdos q̃dam de dacia
andreas nomine cũ conuicaneis suis ter-
ram sctãm adiuit. Transito ergo mari in
die sctõ summo mane recedere voluerunt.
Quib⁹ sacerdos dicit. Sanctissimus dies
est pasche ⁊ locus dominice resurrectiõis
audiatis prius missam ⁊ postea recedem⁹.
Negantib⁹ omnib⁹ ⁊ recedentibus sacer-
dos remansit: ⁊ dicta missa facto prandio
solus cepit insequi precedentes. Quem
vt attigit q̃dam in equo sedens: quid est ait
ꝙ solus ꝓperas ꝑegrinus? Et ille factum
narrans. Hac inq̃t de causa solus a socijs
sum derelictus. Tunc ille. Ascende inquit
retro me. Et ille sic residẽs obdormiuit cir-
ca vesperam. Cum vero euigilaret ⁊ circũ
spiceret vbi esset: dixit ei ductor suus. Co-
gnoscis ne locum istũ. Respõdit. Videt mi-
hi ꝙ eccl'ia q̃ ante nos est sit ecclesia mea:
⁊ illa domus mea. Cui ductor. Recte ti-

A bi videt: glorifica chr̄m cui⁹ sacr̄m venera-
tus es. Hec dicens subito disparuit. Sa-
cerdos aūt oībus narrans magnalia quid
secū actū esset: ⁊ ꝑ regressum sociorum po
stea cōprobauit. Sic etiā ꝓpheta Abacuk
in parua hora ductus est de iudea in baby-
lonem. Tertia conclusio. Misse celebratio
atq; eius sacrificiū est oīm viuoꝝ atq; de-
functoꝝ deuotionis suffragiū. Ideo dicit
xiij. q. ij. c. Anime defunctorū quatuor mo-
dis soluūtur: aut oblationib⁹ sacerdotum:
aut p̄cib⁹ sanctoꝝ aut charoꝝ elemosynis
aut ieiunio cognatoꝝ. Ideo dic̄ sacerdos
qn̄ vult offerre. Suscipe sancte pater om̄i-
potēs sempiterne de⁹ hanc immaculatam
hostiā: quā ego indignus famul⁹ tuus offe
ro ꝓ innumerabilib⁹ pctis meis: ꝓ om̄ibus
circūstantib⁹ ⁊ ꝓ oībus fidelibus chr̄ianis
viuis atq; defunctis ⁊c̄. Cuius veritatis
multa exempla ponit. b. Gre. in. iiij. dialo.
Primū de monacho: q̄ cū in morte sua im-
proprietatis vicio repertus esset ⁊ ꝓ eo in
sterquilinio sepultus ⁊ in purgatorio tor-
B mentatus. Sed Gregori⁹ missas cuidam
fratri legendas ꝓ aīa eius iniunxit: ⁊ ipse
tertia die penas euasit. Secundū exemplū
ponit ibi de illo q̄ in fodina argenti conclu
sus fuerat ꝑ casum rupis socios opprimen
tis ⁊ necantis ⁊ volente deo viuebat. Pro
quo mulier sua credens eū mortuū obtulit
quotidie candelam panē ⁊ vinū: ⁊ sic om̄i
die ibi conclusus candelā panem ⁊ vinum
habuit donec illesus exiuit p̄ter tres dies
in quibus diabolus mulierē auerterat ne
ad altare offerret. Tertiū exempluz est de
milite capto: quē sua mulier credens mor-
tuum in bello: quotidie pro eo missam cele
brari procurauit. Qui tricesima die missa
celebrata de turri in qua erat cūctis viden
tibus nec impedire valentibus solutis vin-
culis ad vxorē liber redijt. Quartū exem-
plum est de illo quē ep̄s inuenit in balneo.
Nota in. iiij. dialogo. ⁊ in legenda de ani-
mabus. Aliud exemplū de beato Nicolao
de tolentino q̄ per missas redemit fratrem
suū de purgatorio cū multis alijs aīabus.
De quo nota Jordanum in vitas fratrum.
Correlariū p̄mū. Sicut hec oblatio om̄es
alias precellit in bonitate ⁊ in sanctitate:
sic nulla est deo acceptior in veritate. Pro- C
batur ꝑ illud de cōse. dist. ij. ca. Nihil in sa-
crificijs mai⁹ esse pōt q̄ corpus chr̄i ⁊ san-
guis. Nec vlla oblatio potior hac ē: sz hec
omnes p̄cellit. Sequitur ꝙ sicut potior est
ceteris: ita poti⁹ excoli ⁊ venerari debet.
Hec ibi. Ideo dicit deus per os Dauid re-
futando veteris legis sacrificia cōmendat
noua dicens. Non accipiam de domo tua
vltra vitulos neq; de gregib⁹ tuis hircos.
Nunquid manducabo carnes thaurorum
aut sanguinem hircoꝝ potabo. Sequitur
infra. Immola deo sacrificium laudis id
est sacrificiū eucharistie qd̄ immolatur cū
laudib⁹ diuinis: ⁊ redde altissimo vota tua
Secundo patet hoc rōne: quia missa est vi-
goris īfiniti ex valore dn̄i nr̄i iesu chr̄i qui
ibi offert sub eodem vigore sicut pendebat
in cruce. vn̄ Ambro. in li. de sacr̄is: ⁊ poni-
tur de conse. dist. ij. c. reuera dicit. Utiq; ca
ro chr̄i q̄ sepulta est ⁊ que crucifixa est ꝟe
illius carnis sacramētū est. Clamat ip̄e do
minus iesus chr̄s: hoc est corp⁹ meū. Hec
Ambro. Constat aūt ꝙ corpus chr̄i vt pen- D
debat in cruce fuit infiniti valoris ⁊ vigo
ris: alias non potuisset satisfacere pro infi-
nita offensa qua de⁹ offensus fuit. Tertio
ptz hoc idē. Nā hec oblatio nō pōt impedi
ri ꝑ maliciā ministri: qr valet ex ope opera
to ꝑ christum in vigore infinito diuinitatis
chr̄i: quā non pōt haurire vel frustrare ma
licia ministri. Sed oēs alie oblationes p̄nt
impediri ꝑ malitiam operātis q̄ sunt extra
charitatez: sicut alia opera q̄ nec valēt sibi
nec alijs ad vitā eternā. Missa vero valet
ad vitā eternā omnib⁹ in charitate existen
tibus: etiam si sacerdos sit pctōr ⁊ celebret
in damnationem suijpsius. Sed hoc nō est
equaliter. Primo participāt statim omnes
fideles ī charitate existētes statim vt sunt
baptisati. De qua participatione dicit ps̄.
Participē me fac deus oīm timentium te.
Ideo dicit sacerdos accipiendo patenam
cū pane. Suscipe sancte pr̄ op̄s eterne de-
us hanc immaculatā hostiā ⁊c̄. Scd̄o ali-
qui plus participant q̄ primi vt qui illi vel
isti misse astant ⁊ eā cū deuotiōe audiunt:
qd̄ venit ex deuota or̄one sacerdotis qui
orat ꝓ eis post generalē cōmemorationez

E oīm chr̄ianoꝝ in primo memento cū dicit: ⁊ oīm circūstantiuꝫ:quoꝝ tibi fides cognita est ⁊ nota deuotio. Ergo debēt hoies libēter audire missam. Tertio participant aliqui missam ⁊ adhuc specialius: ⁊ sunt illi qui ad missam offerunt p quibus orat sacerdos adhuc specialius dicens. Pro quibus tibi offerim⁹ vel qui tibi offerunt hoc sacr̄m laudis ,p se suisq; oīnibus. Tenētur ergo ad missam offerre contra illos qui dicunt q̄ sacerdotes postulant ex auaricia. Nam oblatio fuit in lege nature:sicut patet in Abel ⁊ Cayn q̄ non solū offerebant:sed hanc oblatiōem que in missa fit figurabāt: vt Abel agnū ⁊ Cayn fruges. Queambo exēplum figurabāt. Hoc idem patet Gen̄. xiiij. Quia Melchisedech obtulit panem ⁊ vinum: hanc oblationem in missa significans. Idem fecit Abraam q̄ obtulit arietem inter vepres. Secundo patet in hoc lege scripta. Exo. xxiij. Non apparebis in conspectu meo vacuus. i. in loco sacrificij.

F Idem patet Deut. xvij. ⁊ Nume. xxix. vbi dicit. Hec offeretis deo in solennitatibus preter dona ⁊ oblationes spōtaneas. Ps̄. Tollite hostias ⁊ introite in atria domini. Tertio patet in lege gratie de ꝯse. dist. j. c. Dis chr̄ianus ,pcuret ad missarū solennia aliquid deo offerre ⁊ reducere ad memoriam:qō deus p moysen dixit. Non apparebis in cōspectu meo vacuus. Et hoc ppter sacr̄i veneratiōem vel interioris deuotionis repr̄sentationē: vel ppter ministri sustentationē:qa q̄ altari seruit: de altari viuit. Ut ptz. j. ad Cor. ix. vel propter diuini p̄cepti impletionem:sicut dns cum leprosuz curasset dixit. Uade ⁊ ostēde te sacerdotibus: ⁊ offer munus tuū qō p̄cepit moyses in testimoniū ⁊c. Iste non emit missaz pro denario:ibi denarius nō dar̄ in p̄cium sacramenti:qō est inappreciabile:sed in testimoniū participatiōis in signū deuotionis ⁊ sacr̄i veneratiōem: ⁊ in p̄ciū sustentationis: ⁊ diuini p̄cepti adimpletionem. Quer̄ in qbus festiuitatib⁹ debēt homines necessario offerre. Respōdet ꝑm Henricū de Gandauo q̄ in quatuor festiuitatib⁹ pasce pentecostes:natiuitatis dn̄i:assumptiōis: beate virginis ⁊ patroni: quia in quatuor festiuitatib⁹ debent offerre integrū denarium. hoc dicit glo. sup̄ illo verbo psallite. Constituite die solennē in cōdensis. Quid aūt in die patroni: hoc ratiōabile videtur: q; dignū est q̄ hoies illum sctm̄ specialiter venerentur:quē in spēalem patronū elegerūt. Sed aliq̄ sunt quoꝝ oblatiōes non recipi debent: ⁊ hoc in detestationem criminis. s. vsurariorꝝ. vt ptz extra de vsurarijs. c. q; in oībus. Ubi dicit q̄ eoꝝ oblationes nullus accipiat. Itez raptoꝝ. vt ptz extra de raptoribus. c. super eo. Et Eccle. xxxiij. Qui offert de rapinis pauperū q̄si qui victimat filiuz in cōspectu p̄ris. Itē neq; meretricū. Deut. xxiij. Non mercedem prostibuli. Item q̄ opprimit paupes. xcix. dist. c. oblatiōes. Quarto mō participāt missaz aliq̄ spēalissime: vt sunt oēs illi qui ex voto ⁊ deuotissime missam pro viuis atq; defunctis vel de spiritusancto aut beata virgine procurant. Et pro illis specialissime orat sacerdos ⁊ cōmemoratiōem facit cum dicit. Pro redēptione aiaꝝ suaꝝ: pro spe salutis ⁊ incolumitatis sue: tibi reddunt vota sua eterno deo viuo ⁊ vero. Isti vltimi habēt participationē oīm p̄cedentiū. Et sic patet q̄ misse participatio est summū remedium viuoꝝ ⁊ defunctoꝝ ⁊c.

¶ Sabbata sanctifices.

Secundum qō debet fieri in sabbato est deuota oro. Quia tunc debem⁹ sibi gr̄as agere ⁊ debite eum colere ⁊ adorare: q; p totā septimanam hominis memoria est repleta mundanis occupationibus. Saltez in die dominica recordetur dei: sicut ppha dic̄. Dirigat dn̄e oro mea sicut incen. in ꝯspe. tuo. Jō dr̄ de ꝯse. dist. iij. c. Jeiunia. Qō die dn̄ica nihil agendū est nisi in psalmis ⁊ hymnis est deo seruiēdū. Pria ꝯclusio. Nullus clericus aut sacerdos bn̄ficiat⁹ est ab oratione legitime excusatus. Probar̄ p̄mo ex fideliū oblatione. j. q. j. c. Jpi sacerdotes p ppło interpellant: q; pctā ppli comedūt ⁊ suis p̄cib⁹ ea delēt atq; cōsumūt. vbi dicit glo. sup̄ ver. comedūt pctā. i. oblata p pctis suis vel suis precibus ea delent exēplo moysi Exo. xxxj. Dimitte ppło hanc noxaz: aut dele me de libro in q̄ me scripsisti. Item Joel. ij. Inter vestibu

lū ⁊ altare ploꝛabant ſacerdotes dicẽtes. A
Parce dñe parce ppꝛo tuo. Ideo p̃cipitur extra de cele.miſ.ca. dolentes. In virtute ſancte obediẽtie p̃cipim⁹ vt diuinū officiū ſcz nocturnū pariter ⁊ diurnū quātū i eis deus dederit ſtudioſe celebꝛẽt pariter ⁊ de uote. Idē dꝛ in ca. p̃ſbyter. Nec eſt excuſatus rõne excõicationis: qꝛ ſm Hoſti. tenet dicere hoꝛa p̃ ſe ⁊ priuatim: nõ in eccleſia ſicut p̃us. Nec debet dicere: dñs vobiſcũ. Concoꝛdat in hoc Ganfredus: Raymun. ⁊ ceteri. Nec rõne interdicti. vtz extra de pe. ⁊ re. c. q in te. vbi dꝛ. Concedim⁹ q clerici tpe interdicti in conuentualibus eccleſijs bini vel tres ſimul hoꝛas canonicas valeant legere ianuis clauſis: interdictis ⁊ excõicatis excluſis: ⁊ voce ita ſubmiſſa: q exterius audire non poſſit. hec ibi. Itez non excuſat rõne potationis. De quib⁹ dicit extra de cele.miſ.c. dolentes referim⁹: q nõ ſolũ minoꝛes clerici verũ etiaz aliqui eccliarũ p̃lati circa comeſationes ſuperfluas ⁊ cõfabulatiões illicitas vt de alijs taceamus fere medietatẽ noctis expendũt ⁊ ſomno reſiduũ relinquentes vix ad diurnũ cantũ auiuz excitant: ⁊ tranſcurrendo vndiq; continua ſincopa matutinũ dicunt. Sequit infra. Hec igit ⁊ ſimilia ſub pena ſuſpenſionis penitus inhibem⁹. Peccãt g̃ moꝛtaliter omnes clerici ſacerdotes ⁊ monachi non dicentes hoꝛas ſuas: imo debẽt deponi. vtz. xcij. di. c. Si quis p̃ſbyter: ⁊ tãq; ſciſmatici reputari. Sed qꝛ̃ eſt dicẽdũ de illis p̃ſbyteris q̃ hñt aliqñ duo vel tria bñficia nũquid tenent duplicare hoꝛas ſuas. Quia ſicut ſe habet vnũ bñficiũ ad vnũ officiũ: ſic ſe hñt plura bñficia ad plura officia. Sed hñs vnũ bñficiũ tenet ad vnuz officiuz: g̃ habens plura beneficia tenetur ad plura officia. Reſpondet Auguſtinus de anchona in ſumma de eccleſiaſtica poteſtate. q. lxix. arti. ij. q beneficiatus tenetur ſoluere officium: vbi recipit beneficiuz p̃ ſe vel p̃ vicarium ſuum. Peccant ergo illi valde dãnabiliter q̃ hñt tot bñficia ſi non dicant hoꝛas ſuas. Tales deberẽt ſuſpendi vel excõicari. vtz. xcj. diſtin. ca. clericus. Etiã q̃dam dicunt valde negligenter. De quibus dꝛ de celebꝛã. miſſa. in cle. c. grauí. Ubi dicit. Plericq; eccleſiaꝝ miniſtri modeſtia oꝛdinis clericalis abiecta dum deo offerre ſacrificiũ laudis: fructum labioꝝ ſuorum in puritate cõſcie ⁊ aĩe deuotione deberent hoꝛas canonicas dicere ſeu pſallere trãſcurrẽdo ſincopãdo extranea quidez ⁊ plerũq; varia ꝓphana ⁊ inhoneſta inter miſcendo colloq̃a tarde ad choꝛũ cõueniẽdo ſeu eccliam: ipamq; abſq; rõnabili cauſa añ finẽ officij exeundo freq̃nter: aues iterdum poꝛtando: ſeu faciendo poꝛtari: canesq; ſecũ ducẽdo venaticos: ac q̃ſi nihil p̃etẽdentes de clericali militia: in coꝛona: in veſtib⁹: in tõſura ⁊ diuia etiã celebꝛare ac eis intereſſe nimis indeuote p̃ſumunt. hec ibi. Et infra. Precipitur p̃latis q ꝛ tales debẽt compeſcere ſi dei ⁊ apoſtolice ſedis volũt vitare idignatiõem. Et ponunt ibi ſex impedientia deuotionem in hoꝛis canonicis. Primũ eſt qñ hoꝛe dicũtur tranſcurrendo. Hã hoꝛe canonice debẽt diſtincte ⁊ aperte legi ad intelligendũ exẽplo Eſdre: de q̃ dꝛ q legit libꝛũ diſtincte ⁊ apte ad intelligendũ. Aures vniuerſi ppli erãt intente. Debent ergo diſtincte ⁊ aperte legere ⁊ non B
trãſcurrere: ſicut q̃dã clericꝰ facere ſolebat qui ſemel dixit hoꝛas ſuas curſoꝛie ⁊ audiuit diaboluz penes ſe croſſitare ⁊ territus fuerat. Debet etiã legere diſtincte ⁊ attente ita q audiẽtes ⁊ ipimet itelligãt ſenſum ꝛboꝝ. Naz qñ q̃s hoꝛas trãſcurrit: ſenſum ꝛboꝝ nec ipe legẽs pcipit nec audiẽtes pcipe p̃mittit. Sz di. qñ nõ intelligo q̃d lego vl̃ oꝛo. ſ. pſalmos vl̃ lectiões nõ poſſuz hꝛe deuotiõem ad hoꝛas. Utrũ talis peccat ſic oꝛãs ⁊ non intelligens. Rñdet Aug. ſuper Joh̃em Omel. xxij. dicens. Si in pſalmis q̃s parũ intelligit: credit tñ aliq̃d boni eſſe q̃ decãtat ſic nõ eſt oĩno ſine fructu. Itez ſi q̃s bñ intelligat ⁊ conet intẽdere: ſed ex fragilitate diſtractus non intẽdat actualiter ei quod decãtat. Item dicit Innocen. q quis in diuinis officijs non peccat ſi illud q̃ dicit non intelligit ſi tñ coꝛ ſuum ad deũ erigit. Nec oportet eum de hoc conſcientiam facere dũmodo diligẽtiã ad intelligendũ adhibeat ⁊ cũ deuotione audiat. Exñ ponit abbas poemon in vitaſpatrum de illis q̃ incãtant ſerpẽtes: q̃ ſenſum ver-

E borũ nõ intelligũt: ꝑcipiũt tñ virtutem ver
boꝝ. Sic ⁊ nos q̃uis nõ intelligamus sa-
cram or̃onem quã oram⁹: ꝑcipit tñ diabo-
lus q̃ per eam terret̃. Scd̃m impedimentũ
est dicere sincopando. Nam integre ⁊ ple-
ne debẽt ꝑsolui: nã ip̃aꝝ ꝑsolutio seruitus
appellatur: in seruitio nãq; alicui debito q̃
libet debet esse fidelis ita ꝙ nec apicez nec
iota vnũ p̃tereat: sed integre seruitiũ suũ si
ne fraude ꝑficiat. Vñ scribit̃. xcj. distin. ca.
Presbyter. vbi dicit̃. Presbyter seruitutis
sue officia. s. septem horaꝝ officiũ qualibet
die ꝑsoluere curet. Jõ sicut ille q̃ qualibet
die alicui obligat̃ soluere septem marcas ⁊
aliquos denarios subtraheret ad plenum
creditori non satis faceret. Sic facit qui di-
cit horas canonicas sincopando: deo non
satis facit. Cui⁹ exm̃ ptz de quodã cui dia-
bolus occurrẽs cum sacco ait illi. Unde ve-
nis? Respõdit de vno collegio vbi asseruit
se in sacco collegisse dictiones ⁊ syllabas
ibidẽ in diuino officio ꝑ sincopã obmissas
vt tales in die iudicij accusaret de illis ob-
missis. Tertiũ impedimentũ est qñ in horꝫ
vana ⁊ inhonesta colloquia intermiscen-
F tur. Et notabiliter dicitur extranea ⁊ va-
na: nã homo põt querere ⁊ alius respõde-
re breuibus verbis que sunt intranea ⁊ vti
lia. s. que sunt ad diuinũ officiũ ⁊ ꝑ solutio
nem horaꝝ ꝑtinentia. Ut si q̃s legit istam
lectionẽ ⁊ alius rñdet. Ista sunt intranea.
Nã dr̃ de regulis iuris. Qd̃ non est licitum
necessitas facit licitum. Sed loquit̃ tũc de
extraneis. s. de negocijs secularib⁹ ⁊ vanis
id est inutilibus nõ licet: ⁊ maxime propha
na ⁊ inhonesta colloq̃a in diuĩo officio ꝓ-
hibentur: nã si quis bona fercula alicui de-
disset: ⁊ in fine vnuz bufonem apposuisset
aut in medio q̃lem honorem ei faceret? Si
mili mõ est in or̃onibus. Sic etiaz peccant
illi sacerdotes q̃ cubãt in lectis aut sedent
⁊ dicunt horas suas: sicut legit̃ de duob⁹
fratrib⁹ q̃ sedebãt in lecto ⁊ dixerunt ma-
tutinũ: ⁊ affuit diabolus cum fetore intole
rabili dicens. Ad talez or̃onem tenet̃ tale
incensum. Quartũ impedimentum est qñ
tarde q̃s ad horas venit ⁊ ab ecclesia absq;
ratiõabili causa ante finem officij exit. Et
est causa quare ista in diuino officio prohi-
bent̃. Nam in omni tp̃e duo boña sunt fa- G
cienda. Primo est inuocandũ diuinum au-
xilium ⁊ adiutoriũ: sine quo nihil boni inci
pere neq; ꝑficere valemus: ꝯm qd̃ dicit sal
uator discipulis suis. Sine me nihil pote-
stis facere. Contra hoc faciunt q̃dam q̃ ex
quadã pigritia ⁊ desidia post inceptum of-
ficiũ ad chorũ veniũt: ac si dicant. Diuino
adiutorio non indigemus. Labia nostra ⁊
opera nr̃a a nobis sunt: quis noster domi-
nus est? Qui enim seculari p̃ncipi deberet
loqui prius se diligenter disponeret. Mul
to magis qui cũ deo loqui vult debet se di-
sponere dicendo. Deus in adiutoriũ meũ
intende. Secundo de op̃e bono sunt post
eius cõsummatiõem deo gratie repẽdẽde.
Nam nr̃a bona op̃a ipse in nobis operat̃.
Jõ dicimus in fine. Bñdicamus dño: deo
gr̃as. Ut ei gr̃arũactiões ꝓ suis beneficijs
referam⁹ dicẽtes cũ ps̃. Bñdicam⁹ do. in
om. tem. Ergo illi grauiter peccant qui si-
ne causa rõnabili exeunt chorũ ante finem
officij. Et illi ꝑ demonẽ trahunt̃ de choro H
sicut recitat. b. Gre. in. ij. dial̃. de quodam
monacho. Qui cũ alijs fratribus in or̃o-
ne stare nõ poterat: sed mox vt fratres ad
orationẽ se dedissent: ipse egrediebatur fo
ras: ⁊ mente vaga aliqua transitoria age-
bat. Quẽ sanct⁹ Benedict⁹ egredientem
vidit ꝙ eũ quidã niger puerulus per vesti-
menti fimbriam foras trahebat: ⁊ alij frẽs
etiam viderũt aperte. Quintũ impedimẽ-
tum est: qñ quis aues ducit secũ ad choruz
⁊ ad horas portando vel portari faciendo
aut canes venaticos secum deducendo.
Ratio huius est. s. quare prohibent̃: q̃a di-
uinũ officiũ debet ꝑsolui deuote ⁊ non di-
stracto corde. Nã non ea que offerunt̃: sed
voluntatem offerẽtis respicit deus. Ut scri
bit̃. xxiiij. q. j. ca. Odi. Sed quicunq; circa
aliud se occupauerit: diuinũ officiuz deuo
te adimplere nequibit. Quapropter tem-
pore diuini officij circa op⁹ aliquod extrin-
secũ se non debet occupare: q; per hmõi te-
pescit deuotio. De talibus ⁊ sic facienti-
bus conqueritur deus per ꝓphetam. Hic
ppl̃s labijs me honorat: cor autem eorum
longe est a me. Sextũ impedimentũ est cũ
est bñficiat⁹ in ecclesia: ⁊ sine ratione dicit

officiū extra eccl'iam. Unde dicitur. x. q. iij.
A Unio. ꝙ qui beneficiatus est in eccl'ia tene
tur ipsam officiare. Oēs em̄ clerici eiusdē
eccl'ie dn̄t insimul ad eā cōuenire vt ipsam
officiēt: vt scribit̄. vij. q. j. ca. j. quia ad hoc
ecclesie sunt deputate. Possunt aūt ex cau
sa rationabili ecclesie abesse. Tertio ptz ꝙ
clericus aut sacerdos ab orōne nō excusa-
tur ex diuina electione. Naz sicut Aaron ⁊
filij ei⁹ ad hoc fuerūt electi: sicut nūc sacer-
dotes. Circa p̄dicta dubitat̄: q̄re ī istis ho-
ris orat eccl'ia. s. in matutinis: primis: ter-
tijs ⁊ c̄. Rn̄det̄: ꝙ in istis horis legunt̄ san-
cti orōnibus seu laudib⁹ diuinis vacasse.
Unde ꝓpheta. Media nocte surgebaz ad
cōfitēdū tibi. Ecce vna hora. Et alibi. Ue-
spere mane ⁊ meridie narrabo ⁊ annūcia
bo. Ecce alie tres. In tertia orabant apl'i:
qꝛ tūc recipiebant spm̄sctm̄. Itē Petrus et
Joannes ascenderūt in tēplū ad horā ora-
tionis nonā. vt dicit̄ Act. iij. In cōpletorio
dr̄ chr̄s orasse: cū post cenā effudit orōnem
ad pr̄em. Joā. xvij. Scd̄o iste hore sunt in-
signite aliq̄b⁹ opib⁹ insignib⁹ ad redēptio-
nē pertinentib⁹. In nocte em̄ natus est sal-
B uator citra horā primā diei. Resurrexit cir
ca tertiā. Spm̄sctm̄ misit circa sextā. Cru-
cifixus fuit circa nonā. Mortu⁹ est in cru-
ce vespere. Corpus ⁊ sanguinē tradidit in
cena in sacr̄m. Et fuit etiā depositus in cō-
pletorio de cruce ⁊ sepult⁹. Juste ḡ iste ho
re sunt deputate laudib⁹ diuinis. Ergo in
illis horis libenter debemus orare: maxi-
me tn̄ debem⁹ horis matutinalibus inter-
esse libēter: qd̄ est ꝯtra multos q̄ nunq̄ꝫ vel
raro surgūt ad matutinas inuētis occasio-
nibus: sufficit em̄ eis interesse diuinis lau-
dibus solū in die. Isti non vident̄ ad illam
sanctā turbā ante thronū dei (de qua apo-
cal'. vij. dr̄) ꝑtinere: q̄ die ac nocte seruiunt
ei in tēplo ei⁹. Non sunt illi de custodibus
eccl'ie: qui non tacēt laudare nomen dn̄i to
ta die ⁊ tota nocte. Esaie. lxiij. Excitantur
hmōi ꝑ Hieremiā ꝓphetā dicentē. ca. iij.
Consurge. i. cū alijs surge lauda in nocte.
Dauid em̄ nec occupationibus diurnis re
gijs: nec nocturnis delicijs vxoꝝ retrahe-
bat̄: quin in media nocte surgeret dicens.
Media nocte surgebam ad cōfitendum ti-
bi. Christus etiā interdū non solum partē
noctis: sed totam aliquando expendebat. C
Luce. vj. Erat ꝑnoctans in oratione. Pau
lus ⁊ silas non impediebant̄ angustia car-
ceris: quin media nocte laudarent deum.
Actu. xvj. O infelices somnolenti qui tan-
tis exemplis non excitant̄. Nam mulieres
solēt surgere de nocte pro sollicitudine do-
mus sue. Item artifices surgunt de nocte
pro lucro: quanto magis decet seruos dei
pro seruitio regis eterni surgere de nocte.
Fuit q̄dam valde piger ⁊ somnolentus sur
gere ad matutinas. Qui semel ⁊ bis exci-
tatus per sacristā vt cū alijs surgeret ī qua
dam magna solenitate q̄ finaliter surgere
spreuit. Ad quem diabol⁹ ingrediēs ⁊ vol-
uens eum in lectum ⁊ in lintheamina sua ⁊
trahens eū extra cellā suā per dormitoriū
collocat eū infra vnā cistaz satis magnam
⁊ ponderosam: ꝙ ille frater non poterat se
mouere. Ueniētes fratres de matutinis ⁊
audientes illū miserabiliter lamentantem
accedentes ad eū extraxerūt eū. Quē vix
dissoluere potuerūt ita fortiter innodatus
fuit ꝑ diabolū inter lintheamina ⁊ lectuz. D
Debemus ergo libenter surgere ad matu-
tinū: ne cōtingat nobis sicut illi fratri hec
cōtigerūt in conuentu nr̄o herfordensi tem
pore venerabilis lectoris Hermanni smer-
suin. Qui eūdē fratrem dissoluit: vt sepius
mihi retulit. Sunt etiam aliqui qui somno
detenti vix surgunt mane ad primaz. Con
tra quos est illud apl'i ad Ro. xiij. Hora est
iam nos de somno surgere. Causam sub-
dit. Nox precessit: dies aūt appropinq̄bit.
Nam aues valde mane incipiunt cantare
ad deū laudandū: qd̄ est cōtra verecundiā
hoīs pigritantis. Unde Ambro. in libro de
officijs. Quis chr̄ianus nō erubescat sine
psalmoꝝ modulatione diē trāsire: dum mi
nutissime aues solenni deuotiōi ortū diei
p̄ueniant ⁊ subsequant̄. Sic christ⁹ de ma
ne ibat ad locum or̄onis cōem. Joan. viij.
Diluculo iterum venit in tēplum. Sic deni
q̄ꝫ facit oīs iustus. Eccl'i. xxxix. Justus cor
suum tradit ad vigilandum diluculo. Sed
quidam dormiunt vsq̄ꝫ ad horam nonam:
tunc primo surgunt ad or̄onem. Secunda
conclusio. Nullus laicus habens vsum ra-

E tionis excusatus est ab actu deuote oratio nis. Hoc probat sanctus Tho. in. iiij. sen. dist. xv. q. ij. arti. j. Nam lex gratitudinis hoc requirit & honestatis: vt qui quotidie recipit beneficium continue debet esse gra tus benefacienti. Cū igit laici cōtinue vtā tur donis dei: ideo dixit chr̄s nō solū cleri cis: sz etiā laicis. Oportet semp orare. Sp scz tpe aduersitatis & pspitatis. Uel sp. i. in loco & tpe: qz pceptū affirmatiuū nō ob ligat nisi loco & tempore. Clerici enim se pties in die; sm illud ps̄. Septies in die laudem dixi tibi. Nā saraceni. xvij. vicibus orant in die. A fortiori debent orare chri stiani ad minus septies. Nullus ergo chri stianus est excusat⁹ ab oratione imo neqz mu tus: qz pōt orare in mēte & corde: si non po test ore. Ubi aduertēdū q̄ quilibet chr̄ian⁹ obligat⁹ est ad triplicē orōnē. s. mentalem: vocalē & corpalē. Primo est obligatus ad orōnē mētalē: ne dicat nobis illud Esaie. Hic ppls labijs me honorat: cor aūt eorum longe est a me. Jō dr̄ de pse. di. v. non me diocriter. q̄ non verbis tm̄ sed corde orandus est dns̄. Et ī orōne nil aliud debet ani mus cogitare q̄z illud qō pcat: non enī mul F titudine verborum flecti pōt deus vt homo. Quia melior est. v. psalmorum decātatio cuz cordis puritate: q̄z totius psalterij modu latio cū anxietate cordis. vt dicit in ca. nō mediocriter vbi s. Jdeo dicit Augu. in re gula. Cū oratis deū hoc verset i corde qō pferr̄ in ore. Sup quo Hugo. Sepe inquit oram⁹ & alibi corde intēdim⁹: nec ipsum qō dicimus recolim⁹. Sed illā orōnē de⁹ non exaudit: cui ipe qui orat non intēdit: qō in stinctu diaboli sepe fieri solet: sciens vtili tatē orādi & nobis inuidēs gr̄am impetrā di: immittit orantib⁹ cogitationū tumult⁹ vt mentē ab orōne diuidat: & fructū oratio nis tollat. Hec Hugo. Cuius exēplū legit in vitaspatrū de sctō Machario: qui cū ve nisset ad fratres suos orantes vidit demo nes q̄si puulos ethiopes discurrētes huc atqz illuc. Si alicui digitū super oculos po suissent statim dormitauit. Si cui in os mi sissent digitū oscitare eū faciebāt. Apō ali quos etiam in mulier̄ species vertebant. Apud quosdam edificabant aut portabāt: aut alia quecūqz agētes apparebant. Sā ctus aūt Macharius hac visione comple ta: singulos fratres discutiebat: & sic vnum quēqz delusum in sua cogitatione inuenit quemadmodū per ostensorē fuerat reuela tum. Jdeo in principio oīm canonicarum orationum solebant se fratres & alij religio si munire signo crucis cōtra infestatiōes diaboli: cum dicunt. Deus in adiutorium meum intende. Solet etiam diabolus nō nunqz aliquos orantes visibiliter molesta re atqz corporaliter. De quo nota in vitas patr̄ li. ij. c. xvj. Jdem patet de sancto An thonio. Secundo chr̄ianus est obligatus ad oronem vocalem. sicut patet p. s. Tho. in. iiij. dist. xv. Jdeoqz dicit aplus. Psallam spiritu. i. voce: psallam & mēte: & hoc ad ex citandum interiorem deuotionē. Secūdo ppter redditiōem debiti: vt. s. orās seruiat deo corde & ore. Si tm̄ vox orantem distra heret a deuotione ab eo esset cessandū. vt patet in Anna matre Samuelis pphete q̄ loquebatur in corde: & tm̄ labia eius moue bant: & vox penitus nō audiebatur. vtz. j. Regū. j. Debent tm̄ ita submissa voce orare B q̄ non infestent celebrātem & hominē oran tem. Tertio est obligatus ad orationē cor poralem. s. prosternendo se vel genua fle ctendo: sicut iudei mouent totum corp⁹ in oratione. Quidā orant iacendo. Sicut ora uit dauid qm̄ deprecat⁹ est p parulo. vtz ij. Regū. xij. Et ingressus seorsum iacuit super terrā. Et in hoc denotatur humilita tis effectus: & precipue recordatio huma ne fragilitatis & infirmitatis: sicut Job di cebat. Memēto q̄so dn̄e q̄ sicut lutum fece ris me: & in puluerem reduces me. Quidā orant sedendo. Sic orauit Moyses sedens super lapidem: quem Aaron & Hur pone bant subter eum: quando Josue superabat Amalech. vt patet Exo. xvij. Et designat contemplationis excessus seu raptus. Sic orauit sancta Monica mater Augustini: que semel fuit rapta vltra cubitū super ter ram clamādo. Volemus in celum: volem⁹. Quidam orant stando: vt Judith stās an te lectum Holofernis orabat vt dn̄s con fortaret eam. Et significatur desiderium patrie celestis. Sic orabat publicanus qui

A stans a longe ⁊c̄. vt patet Luce. xviij. Quidam orant oculis eleuatis in celum. Sic orabat chr̄s quando Lazarum suscitauit. Quidam etiam expansis manibus: sicut Moyses: ac si dicerent cū sponsa illud Cā-tico. Trahe me post te: curremus in odorē vnguentorum tuorum. Quidam flexis genibus: sic orauit Salomon quando vtrunq; genu flexit in terram. vt patet. iij. Regū. viij. Sic etiam orauit Paulus qui dicebat. Flecto genua mea ad deum patrem domini mei Jesu christi. Et significat obedientiam quam debent habere ad deum. Quidā orant pstrati sup terram. Sic orauit Helias in vertice carmeli: cū pronus in terram se posuit: ⁊ faciē suā iter genua sua ⁊ orās dñm suū vt daret pluuiā: ⁊ grādis pluuia facta est. Sic prostrati orauerūt viginti q̄tuor seniores qui ceciderunt cor̄ agno habētes singuli cytharas ⁊ phialas aureas plenas odoramentis: q̄ sunt orationes sanctor̄: ⁊ omnes angeli stabant in circumitu

B throni ⁊ senior̄ ⁊ quatuor animaliū ⁊ ceciderūt in ꝑspectu throni in facies suas et adorauerūt deū. Et significant excellentiam diuine maiestatis sup oēs creaturas. Caueant tū homines nunc: ne hmōi situs orationis faciant ppter vanam gloriā vel laudē humanā acquirendā. Contra quos ait saluator Mathē. vj. Cum oratis nō eritis sicut hypocrite: qui amant in synagogis ⁊ in angulis plateaꝝ stantes orare vt videant ab hominibus. Amen dico vobis receperūt mercedem suam. Sequit ibidē. Tu aūt cuz oraueris intra in cubiculū tuū: ⁊ clauso ostio ora patrē tuum in abscōdito ⁊ pater tuus qui videt in abscōdito reddet tibi. ¶ Sed diceres quid debeo orare. Respondet saluator noster. Sic orabitis. Pater noster qui es in celis ⁊c̄. Quam orationem tenetur quilibet scire sub pena peccati mortalis. Laici debent hanc dicere in teutonico: clerici in latino. Hec oratio precellit primo docentis auctoritate: quia chr̄us eam fecit. Secundo p̄cellit verboꝝ paucitate. Tertio precellit vtilitate. Hec oratio breuissima est. Primo ideo vt citius addiscatur. Secūdo vt melius retineat. Tertio vt nullꝰ de eius ignoratia excuset. Quarto vt eo frequētius dicat. Quinto vt tediū in dicendo remoueat. Jn qua petimꝰ oia C que nobis necessaria sunt in vita presenti ⁊ in futura. Petimus enim tria bona nobis necessaria ad vitaz beatam. Primo dei veneratiōnē ne a nobis cōtemnat. Jdeo dicimus. Sanctificet nomen tuum: vt nomē dei q̄ō in se est sanctū: a nobis semper sanctum habeat. Secūdo dei gubernationē: cum dicimus. Adueniat regnum tuum. ne diabolus in nobis regnet: sed tu domine. vel adueniat regnum tuū id est vita beata. Tertio petimus voluntatis subiectionem. cū dicimus. Fiat volūtas tua sicut in celo ⁊c̄. i. nos q̄ terreni sumꝰ faciamꝰ voluntatem tuam: sicut angeli ⁊ anime beate. Sic etiam petimus a nobis remoueri quatuor mala. Primum est vite indigētia: ⁊ hoc petimus cum dicimus. Panem nostrum ⁊c̄. Et fm Augu. noie panis oia vite humane necessaria intelligunt. Secūdus defectus seu malū est culpe: quē remoueri petimus cuz dicimus. Dimitte nobis debita nostra ⁊c̄. Tertiū malū est tentationis imminentia. Hanc remoueri petimꝰ cū dicimus. Et D ne nos inducas in ten. Quartū est mali p̄sentis ⁊ infirmitatis diffidentia cuiuslibet tribulatiōis: vel a malo culpe future perpetrande. Alias coincideret cum malo. ſ. quo petimus a malo liberari eterne dānatiōis cū dicimꝰ. Sed libera nos a malo. Tertia cōclusio. Quāuis vbiq; sit orandum deuotius tū in eccl̄ia q̄ alibi est diuinū auxiliuz implorandū. patet p illud Jo. iiij. vbi chr̄s dixit mulieri samaritane. Uenit hora quādo neq; i mōte hoc neq; hierosolymis adorabitis p̄fem. i. cultus gētilium ⁊ iudeor̄ cessabit: sed adoratores veri adorabunt patrem in spū ⁊ veritate: quia deus vbiq; est dicente propheta. Si ascendero in celū tu illic es: si descēdero ad infernum ades. Ergo potest adorari in campo ⁊ in domo ⁊c̄. Tamen oratio fit conueniētior in eccl̄ia q̄ alibi. Ergo quādo volumus orare debemꝰ venire ad eccl̄iam: que ppie locus or̄onis est. dicente domino. Mathei. xxj. Domus mea domus orationis vocabitur dicit dominus. Illius dicti rōnem nota superius i sermone de adoratione humanitatis chr̄i.

E Peccant ergo illi qui in ecclesia aliud faciunt scilicet garrulando ⁊ cachinnãdo. Cõtra quos dr̃ de emunitate ecclesie li. vj. ca. decet domum dei. Ubi sic dicitur. Ad ecclesias humilis sit ⁊ deuotus ingressus. Sit in eis quieta conuersatio: deo grata: inspicientibus placita. Sequitur. Nullus in locis eisdem seditionem excitet: conclamationem moueat: impetũve committat. Cessent in illis vniuersitatũ ⁊ societatum quarũlibet consilia ⁊ publica perlamenta: cessent vana ⁊ multofortius feda ⁊ prophana colloquia: cessent confabulatiões quelibet Sint postremo quecũq; alia que diuinum turbare possint officiuz: aut oculos diuine maiestatꝫ offender̃ ab ip̃is ꝓrsus extranea Ne vbi est pctõꝝ venia postulanda: ibi peccandi det̃ occasio. hec ibi. Legit̃ in specu. histo. li. viij. c. cxviij. ꝙ fuit quidaꝫ subdiaconus in ciuitate toletina. Qui dũ ĩ die q̃dam solenni archipresuli celebranti assisteret: vidit in fenestra demonem sedentem ⁊ scribẽtem ibidem verba que due muliercule in secretis suarũ tragediarũ ꝑ impudicicias euomebãt. Sed cũ multiloquiũ locus angustus nõ caꝑet app̃hensam cũ dentib⁹ ⁊ vnguibus pelliculã pestifer scriba detrahere cepit vt dilataret. Dumq; fortiter traheret casu impegit caput ad murum cartula de dentibus elapsa. Et tm̃ suscitauit fragorẽ: vt diaconus existimaret eccl̃iam funditus corruisse. Quo viso diaconus risit: ⁊ circunstantes mirari ceperũt cur rideret. Finita missa visionẽ eis exposuit. Ideo dicit Aug. In oratorio nemo aliquid agat nisi ad qd̃ factũ est ⁊ vñ nomen accepit. Qd̃ nobis omnibus prestare dignet̃ ille qui cũ patre ⁊ spiritusancto viuit ⁊ regnat ĩ secula benedictus. Amen.

F

Tertiũ qd̃ debet fieri in sabbatis est legis ⁊ ꝓphetarũ auditio. Nam populus chr̃ianus nõ minus debet se retrahere ab auditione legis ⁊ ꝓphetarũ in sabbatis ⁊ dñicis diebus q̃ꝫ ppl̃s iudaicus: sed popul⁹ iudaic⁹ deuote audiuit in sabbatis voces ꝓphetaꝝ. sicut dicit̃ Actu. xiij. Uiri fratres audite ꝓncipes vr̃i ignorantes Jesum ⁊ voces ꝓphetarum que ꝑ om̃e sabbatũ leguntur iudicantes impleuerũt. Ideo dr̃ de cõse. dist. j. c. Qui in die solenni ꝑtermisso ecclesie cõuentu ad spectacula vadit excõicetur. Ideo dicit̃. c. seq̃nti Ep̃us nullum prohibeat ingredi eccl̃iam ⁊ audire verbũ dei siue gentilem siue hereticũ siue iudeum vsq; ad missam cathecuminoꝝ. Dicit Archidia. super verbo cathecuminorum. ꝙ hec missa durat vsq; ad offertoriũ. Et dicit̃ missa q̃a p̃ces nr̃as ferat ad deũ. Sed missa ꝓprie dr̃ in tẽpore sacrificij: quando cathecumini foras mittuntur: quando leuita clamat. Si quis remanserit cathecuminus: exeat foras. Hec archidiaconus. Sufficit enim ꝙ tam gentilis q̃ꝫ iudeus possunt interesse qñ predicatur verbum dei. vnde dicitur de cõse. disti. j. Oẽs fideles qui conueniũt in solennitatibus sacris ad ecclesiam ⁊ scripturas apostoloꝝ ⁊ euãgelistarum audiant. Ibidem ca. Sacerdote verbum dei in ecclesia faciẽte qui ergressus fuerit de auditorio excõicetur. Si chr̃us legit̃ in sabbatis synagogas intrasse. vt patet Lu. iiij. vbi dicit̃ ꝙ intrauit s̃m consuetudinẽ suam in die sabbati synagogam: ⁊ surrexit legere: ⁊ traditus est ei liber Esaie. Rõ huius est: ꝙ. s. in sabbatis debemus audire sacrã scripturaꝫ: q̃a alijs diebus sunt seculares occupati in laboribus corꝑalibus: ⁊ sic non p̃nt intẽdere verbo. Sed in sabbatis id est dominicis dieb⁹ nemo est occupatus in labore manuũ. Ergo tunc debet cibare animam suam cum sacra scriptura ⁊ lege diuina: quã nemo debet ignorare: quia dr̃ extra de regu. iu. lib. vj. Ignorantia facti non iuris excusat. Circa qd̃ sciẽdum ꝙ verbum diuinum ⁊ sacra scriptura est audienda septupliciter: scꝫ

Festinanter sine tardatione.
Apparenter sine occultatione.
Reuerenter sine derisione.
Humiliter cum subiectione.
Diligenter cum attentione.
Obedienter cum operis exhibitione.
Perseueranter sine cessatione.

¶ Primo est audienda sacra scriptura festinanter sine tardatione: dicente Jacobo in sua cano. capi. j. Sit omnis homo velox ad audiendum: tardus autem ad loquendũ: q̃ꝛ a pueritia debet hõ incipere audire

G

H

verbum dei. Ideo dr Ecclesia. vj. Fili a iuuentute accipe doctrinaz: z vsqz ad canos inuenies. Et si eam dilexeris audire sapiens eris. Exemplo Nicolai de toletina: de quo legitur q in pueritia terebat limina ecclesiarum z que ibi audierat in armariolo pectoris sui abscondebat. Ergo parentes debent filios suos docere vt visitēt sermones. Non solum debet cito incipere in iuuentute: sed etiam debet tempestiue venire in principio sermonis. Cōtra quod multi faciūt qui veniunt quando tā finitus est sermo: quia anteqz se ornent in capite cum crinibus z peplis z sotularibus preterit tēpus sermonis: z sic negligunt diuinū verbum. Et si venerint mox z incontinenti recedunt. Contra illud quod dicitur de cōse. distin. j. c. Sacerdote. vt supra patuit. Vel discurrunt de ecclesia ad ecclesiam. ¶ Secundo est audiendū apparenter sine occultatione. Non enim debetis ire ad cameras aut ad loca occulta z audire ibi verbū dei. Ideoqz precipit q in aperto z publice debent predicare. vtz Math. x. dicit enim ibi chs. Qd dico vobis in tenebris: dicite in lumine z predicate aperte. Et qd in aure auditis. i. priuatim. predicate super tecta z publice. Dicit glo. ibi q loquitur iuxta modum palestine: vbi solent in tectis residere que nō sunt cacuminata sed equalia. Ideo dixit chs. Ego palam locutus sum mūdo z in occulto locutus sum nihil. Idem dicit extra de hereti. c. cū ex iniuncto. Quidam laici merito arguendi sunt: q occulta conuenticula celebrant: officium predicatiōis sibi vsurpant: sacerdotū simplicitatē deludūt: z eoz cōsortiū aspernant qui talibus non inherent. Deus em qui est lux vera q oēm hominem venientē in hūc mūdum illuminat: intantum odit opera tenebraz vt apłos suos in mundum vniuersum p̄dicaturos euāgeliū oīi creature missurus eis preceperit apte dicens. Qd dico vobis in tenebris dicite in lumine: z quod i aure auditis: predicate super tecta. Hec ibi. Sunt ergo vitanda conuenticula occulta laicoz sed apte z publice predicationes frequentande. ¶ Tertio est audienda reuerenter sine derisione. s. vt nullū predicantem apłi ce sedis aucte missum audire erubescat. rō hui⁹ est: qz q p̄dicantē spernit: spernit eum qui misit eū. i. chm. iuxta illud Lu. x. Qui vos audit me au. z q vos spernit me sper. z q me spernit spernit euz qui me misit. Hoc dicit Hugo in suo didascalon dicens. Prudens lector vel auditor omnia libenter legat: omnes libenter audiat. Non scripturā non personam non doctrinam cuiuscunqz spernat. Sequit. Nō quantū sciat sed quātū ignoret cōsideret. Ergo ab oīibus discere q̄ tu nescis. Dicit Ysido. q delphini mirabiliter delectant in auditu melodie. Ideo ad vocem simphonie: quā naute aliqn faciunt conuenitūt: z saltant in aquis z letant intm q aliqn retia piscatoz ingrediuntur: z sic capiuntur. Non curant an seruus an dns an diues z paup sonum faciat. Mora liter. Sic nos summe delectari debemus in auditu melodie sacre scripture: que aliqn grauiter sonat de penis inferni: aliquādo alte de gaudijs paradisi. Nec psona est despicienda aut subsannanda: qa hanc melodiam p̄dicationis non facit p̄dicator sed spūs sanct⁹. iuxta illud Math. x. Non enim vos estis qui loquimini: sed spūs patr̄ vr̄i qui loquit in vobis. Sed hoc est ptra multos q ita sunt affectionati ad vnā personaz q alios spernūt: non attendentes q aliqn meliora pocula bibuntur de vase testeo qz de aureo. Legit em de beata Tecla q libētius audiuit pauluz qz barnabam: vtrunqz tn audiuit. ¶ Quarto debem⁹ audire verbum dei humiliter cum subiectione vt nullum docentem de deo vel de salute aīe hō paruipendat: dato etiam q prius audiuerit vel melius sciuerit. vn Chrys. Eadem audire etiam scientib⁹ pdest. Aliam rationem ponit Vale. lib. viij. dicens. Plus prodest homini docētem audire qz in libris studere: qa vehementior fit impssio in mentibus audientium ex visu doctoris z auditu qz ex studio in libro. Aliam rationez ponit Hieron. in prologo biblie dicens. Nescio quid latentis energie viue vocis actus habet z c. Exm habemus de sancto Anthonio. de quo legit q semel audiuit in quadā predicatione illud verbum euāgelij Mat. xix. Vade z vende omnia que habes z da

A atus obediẽtie legib⁹ fuit astrict⁹: ⁊ nõ obe
diẽdo de paradiso fuit reiect⁹. Gene. iij. Noe
obediendo archã faciens a diluuio fuit sal
uatus. Gene. viij. Loth angelis obediendo
ciuitatẽ dimittẽs a subuersione zodome fu
it liberatus. Gen. xix. Et vxor ei⁹ nõ obedi-
endo i statuam salis fuit mutata. Abraam
deo obediendo fuit pater multarũ gẽtium
vocatus. Gen. xxij. Quarto in chr̃o domi-
no nr̃o ⁊ oim creaturar. Ad Philip. ij. Fa
ctus est obediẽs vsq; ad mortẽ. Lu. ij. Erat
subdit⁹ illis. ¶ Notandũ q; q̃nq; sunt q̃bus
debemus obedire humiliter. Primo dñice
maiestati rõne creatiõis. Scõo spũali ptã-
ti rõne instructiõis. Tertio p̃lator voluntati rõne pfessiõis. Quarto parentũ digni
tati rõne ppagatiõis. Quinto dñor ptãti
ratione suppositõis. Primo dominice ma-
iestati ratione creationis. Actu. v. Obedi-
re oportet magis deo q̃ hoib⁹. Et sunt ꝑba
apl̃or ⁊tra seniores iudeor: q̃ ꝓhibebãt q;
non deberent ampli⁹ loq̃ in noie illo. Sic si
imperator vel dux p̃cõsul vel cuiuscũq; sta-
tus tibi aliq̃d p̃cipet qõ sit ⁊tra deũ vl̃ salu
tẽ aie tue. rñde. Oportet magis obedire õ
B q̃ hoibus. Jõ. xi. q. iij. ca. qui resistit. Si
aliq̃d ipe p̃consul iubeat: ⁊ aliud iubeat im
perator: vel si aliud impator: ⁊ aliud crea-
tor: q̃d iudicatis. Maior ptãs de⁹ est. Da
ventiã o impator. Tu carcerẽ: ille gehennã
minat. Sequit ibidem in c. Imperatores.
Si in errore essent qõ absit ⁊ p̃ errore suo
cõtra veritatẽ legẽ darent p quã iusti ꝓba-
rent ⁊ coronarent. Nõ tñ faciendũ est qõ
illi iubent: quia deus ꝓhibet: sicut iusserat
Nabuchodonosor: vt aurea statua adora-
ret. Qõ q̃dẽ facere noluerũt deo talia ꝓhi
bẽte: sicut misael danel ⁊ abdenago. Sed
viso miraculo statuit oppositũ di. Quicun
q; blasphemauerit deus sydrach ⁊c. in in-
teritũ iret ⁊ dom⁹ ei⁹ tota. Aliud exẽplum
ponit idẽ de Juliano apostata. Qui q̃ñ di-
xit militib⁹ suis christianis. Producite aci-
em obediebãt. Cñ dixit. Adorate statuaz
aut idolũ refutauerũt. Jõ dicit August. in
sermonibus ad heremitas. Ecce inq̃t frẽs
mei. Angelus obedit deo in oĩbus: ⁊ tu qui
cinis es ⁊tradicis deo. Si sol a sua semita
nõ deuiat nec luna nec stelle: ola cñ celica
suis seruiũt officijs: tu vero dei voluntati
quasi in oĩbus resistis. Ad nutũ dei campi C
floribus decorant: terra imbrib⁹ fecũdat:
frondibus crispat silua. Jn nemore cytha-
rizat auicula. Oia deo obediunt: ⁊ sol⁹ hõ
dei volũtati resistit. Sequitur infra. O q̃s
enorme viciũ est qõ fuit obediẽtie ⁊trariũ.
Per hoc diabolus celuz perdidit: ꝓ hoc hõ
paradisuz amisit: per hoc Saul regnũ: per
hoc Salomon amorẽ diuinũ. hec August.
Jdcirco minatur dñs inobediẽtibus sibi.
Deut. xxvij. multas penas dicẽs. Si nolu-
eris audire vocez dñi dei tui: vt custodias
⁊ facias oia mãdata ei⁹. Sequit. Venient
sup te oẽs maledictiões iste. Maledictus
eris in ciuitate: maledictus in agro: male-
dictũ horreũ tuum. Mittet dñs super te fa
mẽ ⁊ esuriẽ ⁊ adiũget tibi pestilẽtiã donec
cõsumat te. Et celũ qõ sup te est erit eneũ ⁊
terra quã calcas ferrea. i. dura: nulluz fruc-
tũ ꝓferens. Percutiet te dñs egestate ⁊
febri: frigore ⁊ ardore: estu ⁊ aere corrupto
Sic q̃tienscũq; peccam⁹ sumus deo inobe-
dientes: Jõ Ambro. in li. de paradiso diffi-
nit pctm̃ dicẽs. q; pctm̃ ẽ trãsgressio legis di D
uine ⁊ celestiũ inobediẽtia mãdator. Ex
his sequit q; q̃ deo est obediens: sequit sibi
or̃onis exauditio. Añ ps. Volũtatẽ timen
tiũ se faciet ⁊ depcationez eor exaudiet ⁊
saluos faciet eos. Añ Aug. i li. de ope mo-
nachor. Citi⁹ exauditur vna or̃o deuota
obediẽtis: q̃ decẽ mille obedire cõtẽnẽtiũ.
Cui⁹ exẽplũ i helia. de quo Jacobi. v. He
lias erat hõ siles nobis passibilis: ⁊ orauit
dñm vt non plueret super terraz annis tri-
bus ⁊ sex mẽsibus. Et rursuz orauit ⁊ celũ
dedit pluuiã: ⁊ terra dedit fructũ suũ. vtz
iij. Reg. xvij. vbi apparet q; deus citi⁹ ex-
audit verũ obedientẽ. Scõo sequit trinita
tis in eo inhabitatio. Joan. xv. Si q̃s dilꝫ
git me sermonẽ meũ seruabit: ⁊ ad eum ve
niemus ⁊ mansionẽ apud eũ faciem⁹. Añ
Berñ. Nihil deo acceptius: nihil angelis
charius: nihil hoi fructuosius q̃ iura obe-
dientie custodire. Sic est econtrario de in-
obedientia. Ubi em̃ illa est: ibi est habita-
lum diaboli. ¶ Tertio sequitur pacis mul-
tiplicatio. Esa. xlviij. Utinã attendisses ad
mãdata mea: facta fuisset vt flumẽ pax tua

E id est abūdans. De hac dr Leui. xxvij. Si in preceptis meis ambulaueritis ⁊ mandata mea custodieritʒ dabo vobis pluuias tpibus suis: ⁊ terra gignet germen suum ⁊ pomis arbores replebūtur. Apprehendet messiū tritura vindemiā: ⁊ vindemia occupabit sementē: ⁊ comedetis panē vm in saturitate: ⁊ absq; pauore habitabitis ī terra vra. Dabo pacē in finib⁹ vris ⁊c. Sed oia erunt nobis in cōtraria si deo sumus inobedientes. ¶ Quarto sequitur irrōnabilium subiectio. Jō dicit Aug. sup canonicā Joānis omel. vij. O hō subdere ei q̄ super est ⁊ infra te crūt illa q̄bus p̄positus es: quia p pctm̄ hō deseruit eū sub q̄ esse debuit: ideo subditus est eis supra q̄ esse debuit. Supra te est deus: sub te pecora. Agnosce eū q̄ supra te est: vt cognoscāt te que infra te sunt. Jdeo cuz Daniel agnouisset supra se deū: agnouerūt supra se illū leones: si aūt superiorē contēnis: subderis inferioribus. Propterea superbia egyptioz de ranis ⁊ muscis domata est. Hec Aug. Sed propter inobedientiā oia inferiora nobis rebellant. Genesis. iij. Quia comedisti de ligno ex q̄ tibi p̄ceperam ne comederes. Sequit ibidem.

F Maledicta sit terra in ope tuo: spinas et tribulos germinabit tibi. Sed Josue mandata dei custodiuit. Jō sol ⁊ luna sibi obedierūt. Josue. x. Legim⁹ etiā in vitaspatr̄ q̄ abbas Paulus precepit discipulo suo Joanni: vt afferret ei fimum boum qui erat ei necessarius. Et ille ait. Jn loco vbi fimus est habitat leena. Cui abbas: si venerit super te alliga eā ⁊ duces eam tecū. Juit ille ⁊ inuenit leenam. Et cū vellet sup eū ruere dixit. Abbas p̄cepit mihi vt alligem te: ⁊ adducam te ad eum: ⁊ statim bestia stetit qui tenēs eam duxit ad monasteriū. Sic legimus de beato Hieronymo. cui leo seruiuit. vtz in ei⁹ legenda. ¶ Quinto sequit dei bñdictio: cui⁹ exemplū ptz in abraam qui obediuit deo exiens in locum ad quem p̄ceperat dñs obediuit deo: volens īmolare filiū suū vnicū. Jdeo dñs ad eum dixit. Quia fecisti rē hāc: ideo benedicens benedicam tibi. Et q̄ bñdixerit tibi: sit ille benedictus. Jdeo dr Deut. xj. En ppono in conspectu vro hodie maledictionē ⁊ benedictionem. Bñdictionez: si obedieritis mandatis dei vestri. Maledictionem: si ea audieritis nec feceritis: sed recesseritis de via quā ego nūc ostēdā vobis ⁊ ambulaueritʒ post deos ⁊c. Jō eccla ppter inobedientiam infligit anathema. ¶ Sexto sequitur eterne vite acq̄sitio. Deute. vj. Audi israel precepta dñi: ⁊ ea in corde tuo q̄si in libro scribe: ⁊ dabo tibi terrā lacte ⁊ melle manantē. Glosa. i. terrā viuentiuz que fluit lacte hūanitatis ⁊ melle chr̄i deitatʒ. ¶ Secundo est obediendū spūali ptāti rōne instructionis. Ad Heb. xiij. Obedite prepositis vris ⁊ subiacete eis. Jp̄i em̄ peruigilāt quasi rōnem reddituri p aīabus vestris. Sic obediendū est pape ⁊ epis ⁊ aliis plātis spūalibus: q̄a ipsi peruigilāt. s. p̄dicādo studendo ⁊ p̄cepta dādo: sicut dicit Bonifacius papa octau⁹ ī p̄ncipio decretalium de semetipso. Amplectimur quippe nos p ipsoz quiete labores ⁊ noctes q̄ns transigimus insomnes vt scandala remoueam⁹ ab ipsis. Jō dr. xix. dis. Sic oēs apostolice sedis sanxiones accipiende sunt tanq̄ ipsius diuina voce petri firmate. Jtem dicit quasi rationē reddituri pro aīmabus vestris: quia tenentur reddere rationem pro oībus sibi subiectis. Jdeo merito obligamur eis obedire tanq̄ patribus nostris spiritualib⁹. Jdcirco summ⁹ pontifex in fine bullarum suarū semper annectit. Nulli hominū hanc paginā nostri statuti ordinationis: concessionis infringere licet: vel ei ausu temerario ?traire. Si q̄s aūt hoc attentare p̄sumpserit: indignationē omnipotentis dei ⁊ beatorum Petri ⁊ Pauli se nouerit incursurum. Sed dubitatur in quo cōsistit obediētia? Bñdet Raymundus. q̄ consistit in tribus. Primo in reuerentia vt inferior assurgat ⁊ cedat superiori ei dādo primū locū in choro: in mēsa: sedēdo: eundo. Sic seculares debent venerari suos sacerdotes. ¶ Scō consistit in iudicio. Jlle habet eum iudicare: q̄ alteri obedire teneī sic plāti spūales ⁊ sacerdotes habēt iudicare seculares: ⁊ non ecōtra. vt ptz. xj. q. j. c. sacerdotibus. vbi dicit. Ecclīastica q̄q; hystoria: cuz pie memorie Constantino principi scripto oblate accusatiōes ?tra episcopos

A fuissent: libellos quidem accusatiōis accepit: ⁊ ipsos conuocans dixit. Non est dignum vt nos iudicemus deos. Ideoq; dicitur extra de iudicijs. ca. Clerici non debent respondere in seculari iudicio consuetudine contraria non obstante. Idem extra de fo. compe. per totū. ¶ Tertio consistit in precepto: quia superior habet precipere inferiori ⁊ non ecōtra. Scd̄o dubitat̄ vñ orit̄ inobedientia: q̄ nos cernimus maxime vigere inobedientiā tam in secularibus q̄ in spūalibus. Rñr. q̄ ex tribus orit̄. Primo ex supbia contēnente: q̄ dicit Basilius in hexameron. Superbus subesse renuit: p̄esse cupit: legem alios seruare querit nullā pro se hr̄e. Ideo dicit Aug. super Gen̄. li. xij. ad lr̄am. q̄ primus hō quadam ptāte elat⁹ contempsit seruare p̄ceptū. Secundo ꝓcedit ex ignorantia cōtingente: q̄a multi offendūt in legez: q̄a nō cognoscūt se malefacere. Uñ apl̄s. j. ad Cor. xiiij. Ois ignorās ignorabit̄. Multi sunt qui non vadunt ad sermonē vt possint se excusare per ignorātiā cōtra regulā iuris. li. vj. c. Igno
B rantia facti nō iuris excusat. Itē extra de cōstitutionib⁹. li. vj. c. animarū periculis. q̄ ignorantia crassa ⁊ affectata non excusat. Tertio venit ex īpunitate negligentis. Uñ Bern̄. ad Eugeniuz papā. Impunitas ausum parit: ausus excessum. Iō statuta male seruant̄: q̄a nō puniunt̄ trāsgressores tā clerici q̄ laici: īmo minus clerici. Ideo vulgares hñt cōe ꝓuerbiuz. Qui vult impune viuere fiat cleric⁹. Et si aliq̄ puniunt̄ sunt paupes: tam in statu clericali q̄ laicali. Iō dicit Ualerius li. viij. q̄ leges erāt sil̄es telis araneaꝝ: q̄ paruas muscas retinēt: ⁊ a magnis frangunt̄. Nō fecit sic zelatus quidam. de q̄ dicit Ualeri⁹ li. vj. Ille fecit statutum q̄ deprehensus in adulterio vtroq; oculo orbaret̄. Tandē fili⁹ suus fuit deprehensus. Quē apprehendit volens in eo rigorem legis implere. Sed ꝓpter seniorum intercessionem vt legi satisfieret sibi eruit vnū oculū: ⁊ filio etiā vnum. ¶ Tertio debemus obedire dñoꝝ ptāti: rōne suppositionis. j. Pet. ij. Subditi estote omni creature: siue regi tanq̄ precellenti ⁊ c̄. ad vindictam malefactoꝝ: laudem ꝟo bonoꝝ: q̄a non est minus pctm̄ aliqñ nō obedire prece C ptis dñi tēpalis q̄ spūalis. In his maxie ordo iusticie cōsistit. Iō d̄r ad Roma. xiij. Ois ptās a deo est: ⁊ qui ptāti resistit: deo resistit. Iō rñdit chr̄s pilato. Non hr̄es in me ptātem vllam: nisi tibi datū desup fuisset. Jo. xix. Uñ Aug. li. v. de ciui. dei. cap̄. xxj. Qui romanum imperium dedit mario ipse ⁊ gayo. qui augusto: ipse ⁊ neroni. qui vespasianis: pr̄i ⁊ filio suauissimis impatoribus: ipse ⁊ Domiciano crudelissimo. Et ne p singulos ire necesse sit: qui cōstantino ipse apostate Juliano. Hec Aug. Iō debemus seculari ptāti obedire: ⁊ maxime imperatori romanoꝝ: qui solet coronari triplici corona. vt dicit Jo. and̄. de iureiur̄. in cle. c. romani principes. sup ꝟbo vestigijs. q̄ rex romanoruz solet coronari triplici corona. Prima ferrea: quaz recipit ab episcopo Colon̄. aquisgrani eiusdē diocesis. Et significat fortitudinez q̄ vincere debet rebelles ⁊ fideles cōculcare. Scd̄a est argētea quā recipit in ingressu italie a mediolanē. archiep̄o. Et significat mūdiciā ⁊ claritatē quā debet hr̄e. Tertia est de auro quā reci D pit rome a papa. Et signat q̄ sic̄ aurū oib⁹ metallis est excellētissimū. Ita impator in iusticia ⁊ potētia debet excellere alios reges. Olim his trib⁹ dabat̄ tributū romāis In p̄mo q̄nquēnio ferrū ad faciēdum lanceas ⁊ gladios ⁊ c̄. In scd̄o q̄nquennio argentū ad faciendū monetā p stipendiarijs cōducendis. In tertio aurū pro ornatu tēploꝝ ⁊ deoꝝ. Istud tp̄s q̄ndecim annorū vocatur indictio. Ergo illi obligamur obedire q̄tum ad tp̄alem militiam. Sic regi in suo regno: duci in ducatu: mgr̄o ciuiū in ciuitate: vxores maritis: vasalli principibus serui dñis. Ideo d̄r ad Roma. xij. Omnis aīa ptātib⁹ sublimiorib⁹ subdita sit. Ex his infero tria documenta. Primo si homo mā sisset in statu innocentie: nō habuisset regimen impialis vel papalis eminentie. Probat̄ p Grego. in pastorali. c. xviij. dicentē. Om̄es hoīes natura eq̄les genuit ⁊ c̄. Nota in sermone p̄cedenti. in. v. mēbro. Idem dicit Petrus raueñ. vtz ibidez. Ideo dicit mgr̄ Egidius in li. de regimine principum. q̄ tres sunt actus p̄ncipatus. s. defendere

E corrigere ⁊ docere. Primi duo actus ibi nō fuissent: qz ibi nemo aliū inuasisset. Ergo non prim⁹ nec scōs: qz vbi nullum pctm̄: ibi non est necessaria correctio: qa ibi nullum fuisset pctm̄ per casuz positū. Tertius ex aliq̄ mō ibi fuisset licet impropꝛie. ¶ Secundū documētū est q̄ regimen papale at q̄ impiale non erit post hanc vitā in regno superno. Probaf̄ per illud. j. ad Thoꝛ. xv. Cum tradiderit regnū deo pri. i. ad visionem dei p̄ris chr̄s electos ducet: ⁊ euacuabit oēm p̄ncipatū ⁊ ptātem. Ubi dicit glo. ⁊ ponit a magꝛo li. ij. di. vj. Dū mūdus inquit durat: angeli angelis: demōes demonib⁹: hoies hoīb⁹ p̄sunt. Ratio huius est qz in p̄nti vita semp peccam⁹. Indigemus ergo p̄latis qui corꝛigant nos. Sequit corꝛelarie: q̄ sicut homines de die in diē deteriozant: sic eccl̄ie p̄lati peiozāf̄. Jō dicit Sap̄. viii. Per me reges regnant ⁊ tyranni tenent terraz. Jō dicit Job. Qui regnare facit hypocritā ꝓpter pctā ppli. Cuius similitudinē recitat Ualerius li. vi. de q̄dam vetula q̄ oꝛabat deum pꝛo vita Dionisii tyF ranni. A q̄ cuz ille q̄reret. Quo merito suo hoc ipsa faceret: Ñdit. Qñ eram puella graue habuim⁹ tyrannū. Carere eo cupiebant. Quo interfecto: deterioꝛ arcem occupauit. Et⁹ q̄q̄ finiri dñationē cupiebāt. Tertiū te inopoꝛtunioꝛē sup omnibus hr̄e cepimus rectoꝛez. Timeo itaq̄ si tu fueris assumpt⁹ q̄ deterioꝛ in locū tuū succedat. ¶ Tertiū documētū. Auctoꝛitas papalis i magna auctoꝛitate excellit imperialē. vtz. xcvi. di. c. Duo sunt q̄b⁹ hic mūdus p̄ncipaliter regiť. vt scribit Gelasius papa Anastasio impatoꝛi. s. auctas sacra pontificuz: ⁊ regalis ptās: in quibns tanto graui⁹ est pondus sacerdotū: quāto etiā ꝓ ipsis regiminibus hoīm in diuino examine reddituri sunt rōnem. Et infra. Aurū non tam pꝛeciosius plumbo est: q̄ regia ptāte sit altioꝛ oꝛdo sacerdotalis. Idē ptz de ma. ⁊ obedi. c. solite. Ubi papa scribit imperatoꝛi. Nosse inquit debueras q̄ deus fecit duo luminaria magna in firmamento celi. Luminare maius vt pꝛeesset diei. Luminare min⁹ vt p̄esset nocti. Utrūq̄ magnū: sed alterū maius. Ad firmamētum ḡ celi hoc est vtis ecclesie: fecit deus duo luminaria magna. i. duas instituit dignitates: q̄ sunt pontificalis auctas ⁊ regalis ptās. Sed illa q̄ pꝛeest dieb⁹. i. spūalibus maioꝛ est. Que vero carnalib⁹ minoꝛ. Ut quāta est inter lunam ⁊ solem: tanta inter p̄tifices ⁊ reges differentia noscaf̄. Hec ibi. Idem ptz in multis exemplis i aia ⁊ corpe. Itē papa habet coꝛonare imperatoꝛē ⁊ inūgere. vtz de electione. c. venerabilē. Sequit q̄ magis est obediendū summis p̄tificib⁹ q̄ imperatoꝛib⁹ aut regib⁹ aut ducib⁹: qz nō imperatoꝛibus aut regibus dictū est: sed petro. Tibi dabo claues regni celoꝛ ⁊c. Itē nō impatoꝛib⁹ aut regib⁹ dictū est. Accipite spm̄ sanctum q̄z remiseritis pctā ⁊c. vt patet Jo. xxiii. ¶ Quarto debem⁹ obedire p̄latoꝛ voluntati rōne ꝓfessionis. Jō dicit Aug. in regula. Pꝛeposito nr̄o tanq̄ p̄ri obediatur: multo magis p̄sbytero qui oim nr̄m curā gerit ad Heb. xiii. Obedite p̄positis vr̄is. Ipsi em̄ peruigilāt q̄si rōnem reddituri pꝛo animabus vr̄is. Tales tenent obedire ad que per votū se obligauerūt: vt sunt omnes religiosi. De his Hugo in li. de claustro aie. Leuioꝛ est laboꝛ claustri q̄ castri: ⁊ tamen plus timeť. Leuius est p̄dus tunice q̄ loꝛice. Tuti⁹ est claustrū q̄ castrū. Tuti⁹ ē abbatis obedientia q̄ regis iussio. Hec inter gladios mittit illa pericula vitat. Hec ille. Sciendū q̄ fm beatū Augustinū tria sunt genera monachoꝛ. vtz in fmone de generibus monachoꝛ. Unum est genus cenobitarū qui in cōgregatione pariter habitantes vnius senioꝛis iudicio gubernāt̄. Et dicti sunt fm papiam. a cenon q̄ est cōmune latine. Inde cenobite dicunt quasi i cōmune viuētes: qz in talibus p̄mo debet esse cōitas localis habitationis: scō spūalis vnionis. Et tertio tēpoꝛalis possessionis. Pꝛimo debet esse vnitas localis cohabitatiōis. s. monasteriū. Cuius initiū venit ab aplis: qz simul habitauerunt in hierlm in cenaculo grandi pseuerantes in oꝛone cū mulieribus ⁊ maria ⁊c. Tales grauiť peccant q̄ ab hac sctā cōione recedunt. Cuius pctī grauitas ptz ex multis: qa excōicatus est tam a canone si habituz dimiserit: q̄ ab oꝛdine: etiā si habituz retinuerit. Scō in-

A utilis est ad vitam eternam obtinendā. Iu
xta illud euangelij. Nemo mittens manum
ad aratrum ⁊ respiciēs retro aptus est re-
gno dei. Qm̄ sicut piscis sine aqua: sic mo-
nachus sine monasterio caret vita. vt legi-
tur. xvj. q. j. c. placuit. Sed quia apostoli a
quib⁹ incipit talis cōmunio: non sp̄ habita
uerunt simul: imo sicut legit̄ in actib⁹ ap̄lo-
rum: ipsi disp̄gebant̄ p̄ totū mundū ad pre-
dicandū verbū dei: ⁊ tñ eoꝝ cōio non fuit
dissipata. Sic in proposito aliqui frēs rite
exeūt de monasterio: nō tamē recedunt ab
hac cōione seruatis q̄nq̄. Primū est si semp̄
retineat̄ anim⁹ ad reuertēdū. Si quis au-
tem anīo non redeūdi exiret: proculdubio
esset apostata. ¶ Scd̄m est vt causa legiti-
ma pretendat̄. Non em̄ ex quacūq̄ leui cā
religiosus debet exire monasterium: sed p̄
negocio cōmuni conuentus seu pro questu
aut ad predicādum. Simile est de monia-
libus. ¶ Tertium est vt licentia superioris
habeatur. Aliter esset sicut membrum ab-
scisum. ¶ Quartum est vt a prelato sibi so-
B cius adiūgat̄: ⁊ ex hoc prelatus saluat eū
vt nō sit extra collegiū vel congregationez
cum duo faciāt cōgregationē. vt patet ex-
tra de elect. c. j. et tres collegium. ff. de ver
bo. signi. l. neratius. Ideo Aug. volens su-
os fratres nunq̄ esse sine collegio dixit in
regula. Nec eant ad balnea sine quacunq̄
necessitate: nisi sint duo vel tres. Alia ra-
tio hui⁹ est: vt seinuicem custodiant. Ideo
ait Augustin⁹. Quādo estis in ecclesia vel
vbicunq̄ femine sunt: inuicem vestrā pudi-
citiam custodite. Tertio vt frater sue casti-
tatis testem habeat. Sic dixit quidaz puer
associatus seni. Qui senex ait. O puer ad
quid venisti? Respondit. Ueni vt sim testis
probitatis socij mei. Secūdo debet in illis
esse cōmunio temporalis possessionis. De
qua Actuuz. iij. Nec quisq̄ eoꝝ possidebat
aliquid: nec suū esse dicebat: sed erant illis
omnia cōmunia. Sed olim in collegio apo
stolorū fuit vnus fur. s. Judas. Sed nunc
est in cōmunitate quorundā religiosoꝝ vix
vnus Petrus: sed bene plures fures. Et il-
li sunt peiores q̄ Judas. Tertio ibi debet
esse cōmunitas spūalis vnionis. vnde Au-
gustinus. Quid p̄dest si nos continet vna
domus: ⁊ separat diuersa volūtas? Opor C
tet em̄ in vnū sim⁹ cōgregati corporaliter
⁊ simul habitemus spūaliter. Non aliquis
locus facit hominez sanctum. xl. dist. capi.
Illud. ps̄. Ecce q̄ bonū ⁊ q̄ iocundū: habi
tare fratres in vnū. Unde August. in regu
la. Sit vobis cor vnum ⁊ anima vna in do
mino. Hic est rectus ordo viuendi. Primo
vt sit voluntas vna. Deinde concors vita.
Si ego volo facere voluntatem meam ⁊ il
le suam: tunc fiunt diuisiones ⁊ oriuntur li
tes. Secūdū genus monachoꝝ est heremi
tarū: cuius p̄ncipes Paulum ⁊ Anthoniū
nouim⁹ fuisse ad imitationē Joānis bapti-
ste: qui in heremo tota etate permansit. A
quo incepit in nouo testamento ordo here-
mitaruz. vt patet. ij. q. vij. §. vltimo. Tales
tenent̄ obedire ep̄is ne videant̄ acephali.
dist. xcij. c. nulla. ⁊. c. sequenti. ⁊. xj. q. iij. si
aūt. Talis aut est deus aut bestia. Dubita-
tur: vtruz sit p̄fectius viuere in heremo: q̄
in cōmuni vita fratrū sub vno prelato? Re
spondet̄ q̄ multo securi⁹ est viuere in com-
muni vita fratrum p̄pter quatuor. Primo D
ex sancta instructione. Juxta illud. Cum
sancto sanctus eris: quia faciliter potest so
litarius incidere in errorem: ⁊ quis talem
tunc informaret? Unde Hiero. ad Rusti-
cum monachum. Mihi inquit placet vt ha
beas sacrum cōtuberniū. In solitudine ci-
to subrepit superbia: dormit hō quando vo
luerit: nullum veret̄. Tu aūt in cōmunita-
te q̄ viuis: nō facis qd̄ vis. Comedis quod
iuberis: subijcieris cui nō vis. ¶ Secundo
p̄pter morum directionez. Nam exemplis
⁊ moribus alioꝝ corrigunt̄. Salomon. Ue
soli: quia si ceciderit: nō habet subleuantē.
Nemo bene cognoscit defectus proprios.
¶ Tertio in orationū exauditione. Uñ sal-
uator inquit Joan. xviij. Si duo ex vobis
⁊ c̄. Et subdit. Ubi duo vel tres ⁊ c̄. Si hoc
de duob⁹ vl̄ tribus dictū est: quāto magis
in multoꝝ cōgregatione. Sequit̄ correla-
rie: q̄ melius est dicere horas canonicas
in cōgregatione fratrū in eccl̄ia: q̄ seorsuz
sicut patet in carbonibus bñ coadunatis q̄
bene ardēt. ¶ Quarto in tentationum su-
peratione facilius hō supat tētatiōes dia-
boli in cōgregatione. Uñ Hiero. ad Rusti-

E cum monachū: scribens de quodaz fratre qui ex industria patrū fuit liberatus a maxima tentatione: ⁊ subdit. O si solus fuisset: quo adiutorio supasset? q̄si dice. Nullo Cōuenit ḡ vita illa ꝑfectis. vt fuit Joānes baptista ⁊ Paul⁹ ⁊c̄. Tertiū gen⁹ est sarabaytaꝝ. Hi foris p̄dicabant paupertatem. Nullā egestatē portare volentes. In cunctis suis opibus q̄rūt laudari ⁊ venerari. Corpa foris despectis vestib⁹ tegūt: sz intus ad carnē purpura induunt̄. In cinere p̄dicāt se iacere: sed in palatijs mollia strata nō despiciūt. Angelicā faciē foris ostendūt: sz lupinā eos intus hr̄e nō dubitam⁹. Tales nulli⁹ senioris volūt subdi imperio. Tales nūc plures hn̄t imitatores q̄ falsum nomen portāt religiosoꝝ p̄dicātes paupertatem: ⁊ summo studio captāt rerū ꝓsperitatem: foris religiosi: sed intus lupini: oīno sil̄es sepulchris dealbatis. De quibus mathei. xxiij. Ue vobis pharisei qui predicant sobrietatem: ⁊ sunt ipsimet gulosi: predicāt continentiam: ⁊ sunt luxuriosissimi ⁊c̄. Potius deberet homo pueruz suum iugulare:
F q̄z portare ad tale claustꝝ vbi esset vita dissoluta. Aut ponere filiam suam ad ꝓstibulum: q̄z ad claustrū monialiuz vbi est mala vita. Et qui suadēt alicui ꝙ intret claustrū non reformatū: peccāt mortal̄r. Patet per dictū nr̄i saluatoris dicentis. Math. xxiij. Ue vobis scribe ⁊ pharisei q̄ circuitꝭ mare ⁊ aridā vt faciatis vnū ꝓselitū: ⁊ cū fact⁹ fuerit facitis eū filium gehenne. Ad lr̄am pharisei currebant ꝑ mare ⁊ terram predicando ⁊ aliquē gentilem ad eoꝝ ritū inducendo qui dicebat̄ ꝓselitus: qui in mala vita eos sectabat̄ ⁊ fuit dānatus. Sic faciūt quidā religiosi qui quosdam simplices alliciunt ad eoꝝ malā vitam ⁊ sic cū eis damnant̄ ⁊c̄. ¶ Quinto debem⁹ obedire parētū dignitati: rōne ꝓpagationis. ad Colos. iij. Filij obedite parentibus ꝑ om̄ia. Dicit sanctus Thom̄. ij. ij. q. ciiij. arti. v. ꝙ in his que ꝑtinēt ad corpis sustentationē ⁊ ꝓlis generationē non tenentur nec serui dominis nec filij parētibus obedire vicz de matrimonio cōtrahēdo vel virginitate seruāda. Sed in his q̄ pertinent ad dispensationē actuū ⁊ rerum humanarū tenet̄ subdit⁹ supiori obedire s̄m rōnē supioritatis: sicut miles duci exercitus in his q̄ ꝑtinēt ad bellū: seruus dn̄o in his q̄ ꝑtinēt ad opa seruilia exequenda. Fili⁹ pr̄i ī his q̄ pertinēt ad disciplinā vite ⁊ curā domesticā. Dicit em̄ Seneca in. iiij. de bn̄ficijs. Errat si q̄s estimat seruitutem in totū hoīem descendere. Pars em̄ melior excepta est. Corpa obnoxia sunt ⁊ despecta: animus q̄dem me⁹ est sui iuris. Jō in his q̄ ꝑtinent ad interiorez motum volūtatis hō nō tenet̄ obedire hoī sed soli deo: qꝛ om̄es hoīes natura sunt pares in his q̄ ꝑtinēt ad corporis sustentationē ⁊ ꝓlis generationē. Jō in his non tenētur serui dn̄is obedire nec filij parētibus. hec Thomas vbi. s̄. De obedientia filiorū nota in primo sermone huius p̄cepti.

¶ Honora patrem ⁊ matrem.

Decio peccāt ꝯtra illud p̄ceptū oēs illi q̄ nō curāt excōicatiōes p̄latorum eccl̄ie: contra illud q̄d d̄r Mat. xviij. Tibi dabo claues regni celoꝝ. Et q̄dcūq̄z ligaueris sup terrā erit ligatū ⁊ in celis: ⁊ quodcūq̄z solueris: erit so. ⁊c̄. Has claues diffinit magr̄ sn̄iaꝝ li. iiij. dist. xviij. dicens ꝙ clauis ē ptās ligādi ⁊ soluēdi. Quia ecclesiasticus iudex dignos pōt recipe ⁊ indignos excludere a gloria. Has dn̄s dedit petro ⁊ oībus ep̄is mediante Petro. vt ptz xxij. di. c. oēs. vbi d̄r. Chr̄s solus ecclesiaz fundauit: ⁊ supra petrā fidei mox nascētis erexit. Qui beato petro clauigero terreni simul ⁊ celestis impij iura cōmisit. Ideo papa ꝓ suis armis habet claues albas in rubeo clipeo: in signuz ꝙ sibi sunt cōmisse claues ligandi atq̄z soluendi. Notandum s̄m Scotū. iiij. sen. dis. xviij. ꝙ est duplex iudiciū. Primū est occultū q̄d chr̄s tāgit Mat. xviij. cum dixit petr⁹. Si frater ī me peccat quotiens dimittam ei? Usq̄z septies. Rn̄dit chr̄s. Nō dico tibi septies sed septuagesies septies. In tali em̄ foro idem est accusator ⁊ reus. Scd̄m est iudiciū publicū. de q̄ etiam Math. xviij. Si peccauerit in te frater tuus corripe eum inter te ⁊ ipsum solū ⁊c̄. Sequit̄. Si ecclesiā non audierit: sit tibi sicut ethnicus ⁊ publicanus. Tūc sequit̄ auctoritas cū d̄r. Quodcunq̄z ligaueris super terram ⁊c̄. Sed talis ptās excōmunicandi

A nunc minime curatur: qz tam laici qꝫ clerici nunc talibus cõicant: ĩmo a clericis vilipenditur ꝺa cõmunicãt cũ excõicatis sine verecundia in mẽsa z in osculo zc. Jõ hic tria sunt dicenda. Primo quare excõicatio est maxime ab oĩbus formidanda. Scõo in ꝺbus casibus non est tenenda. Tertio qualiter snĩa interdicti sit obseruãda. ¶Dico primo ꝙ excõicatio est timenda ꝓpter octo rões. Primo quia est ictus gladij spũalis q̃ magis est timẽdus qꝫ materialis. De qui bus gladijs Lu. xxij. Ecce duo gladij hic. Naz materialis pcutit corp⁹: spũalis vero aiam. Materialis sepat corp⁹ ab aĩa: spũalis vero aiam a deo. Uñ Aug. Qui excõicaĸ grauiꝰ est illi qꝫ si gladio ferireĸ si a feris deuorareĸ z si a flammis exurereĸ. De his gladijs ꝺr. xxiij. q. ij. ca. Interfectores z criminosos spũali gladio non materiali ecclĩastica disciplina ferire iubet. Tali gladio excõicationis põt papa excõicare oẽs malos reges z ꝓncipes. Quia chr̃s sibi dixit. Quodcunq; ligaueris sup terrã zc. Ex B hoc ptz fallsitas illiꝰ qõ dicit speculũ saronũ. clxxxij. c. ꝙ nec papa nec aliqs aliꝰ possit impatorẽ excõicare nisi in tribꝰ casibus: scz si ꝺubitet in fide: si repudiet vxorem vel ꝺestruat ecclĩas. Falsitas huiꝰ ptz qz btũs Ambrosius eps mediolañ. excõmunicauit Theodosiũ imperatorẽ ꝓpter subitã sentẽtiã mortis. Et ibi non fuit aliqs casuuz. Et ponit hĩstoria. xj. q. iij. c. cum apud Thes. Itẽ Innocentius. iij. deposuit Ottonẽ tertium: ꝺa fidelitatẽ iuramenti qõ eccĩe fecerat non seruauit. Itẽ Innocẽtius q̃rtꝰ excõmunicauit Fredericũ z eus deposuit: qz eadẽ res p qs cãs nascit p easdem etiã ꝺestruit. vtz extra de re. iu. Sz imperator fit p electionẽ z pape cõfirmationẽ: vnctionem z coronationẽ: q̃ p eiꝰ depositionẽ etiã imperator deponit. Item falsificaĸ alius articulus in eo. spe. posit⁹. c. xc. vicz ꝙ excõicatio neminẽ ipediat a iure terre vl feuditi. Oppositũ determinaĸ de senten. ex. li. vj. Decernim⁹ vt iudices seculares per censurã ecclĩasticã ab ecclĩasticis iudicib⁹ canonica etiã monitione pmissa repellere excõicatos z abagẽdo patrocinãdo z testificando in suis curijs z iudicijs cõpellant. Hec Alexãder q̃rtꝰ. Rõ huiꝰ est ne ptãs secularis recipiat hunc: quem sua mr̃ excludit vt spũs eiꝰ saluꝰ fiat. Tenẽtes istos artickos ꝺe facto sunt excõicati. vtz extra de sentẽ. excõ. c. nouerit. ¶Clariꝰ eadez materia ptz. xcvj. c. duo sunt. vbi ꝺr. ꝙ gelasiꝰ anastasiũ impatorẽ excõicauit. Et Innocentiꝰ papa ij. archadiũ impatorẽ. Nã leges impatorũ q̃ sunt ꝓtra canones nulliꝰ sũt momẽti. vtz de testa. c. cũ eẽs. z extra de no. op. nũc. c. j. ĩmo impator oẽs leges suas subijcit correctioni aplice sedis. vtz in aut. ꝺ ec. titu. cod. ix §. j. ꝺubitaĸ vñ excõicatio habuit orũ. Rñr. ꝙ habuit ortũ ex q̃druplici lege. s.

Ex lege mosaica.
Ex lege euangelica.
Ex lege apostolica.
Ex lege canonica.

¶Primo venit ex lege mosayca. vt patet Deute. xxvij. ꝙ sex tribus steterũt in monte garizim ad maledicendũ. Et sex in monte gebal: vbi leuite pnunciabant. Maledictus hõ qui facit sculptile z cõflatile. Et respondit oĩs ppls. Amẽ. Maledictꝰ qui nõ honorat patrẽ z mr̃em: maledictꝰ qui peruertit iudiciũ aduene pupilli z vidue. Rñdit oĩs ppls. Amen. vtz. ibidẽ. ¶Scõo venit ex statuto euãgelico. Mat. xviij. Si ecclesiã dei nõ audierit: sit tibi sicut ethnicus zc. ¶Tertio venit ex lege aplica. j. ad Corinthꝫ. v. quãdo aplꝰ Paulus tradidit fornicatorẽ sathane ad interituz carnis vt spũs saluus fiat. Jõ ꝺr. xxiiij. q. iij. c. aplice. Qz excõicationẽ traxit eccĩa ab aplo q̃ Corinthum tradidit sathane. Et. xi. q. i. c. omnis zc. Et hoc quarto iam ex lege canonica. ¶Scõo ideo est timenda: qz excõicatus sathane tradiĸ vtz. xi. q. iii. c. Oĩs chr̃ianꝰ qui a sacerdote excõicaĸ sathane traditur Quia extra eccĩam diabolꝰ est sicut in ecclesia chr̃us est. Ac ꝓ hoc diabolo tradiĸ q̃ excõicaĸ. Uñ aplꝰ. i. ad Cor. v. Ego quidẽ absens corpe sed pñs spũ: in virtute dñi nr̃i ihesu chr̃i tradere iudicaui hmõi hoiem sathane. quia hãc ptãtẽ habuit aplꝰ: vt cũ aliquem a stulticia sua nõ posset remouere diabolo eum vexandum tradidit: quousq; penitentiam a malo ageret. Hec glosa magistri ibidẽ. ¶Tertio est excõmunicatio ti-

E menda: qa excõicatus est quasi mẽbruz abscisum a corpore qõ nullius valoris est. Unde Auguſt. 7 ponit. xj. q. iij. c. Nihil sic formidare debet chr̃ian⁹: q̃ separari a corpore chr̃i. Si em̃ separat a corpe chr̃i iam non est membrũ eius. Si non est membrũ eius iaz non vegetatur spũ eius. Hic etiam est sicut ramus a trunco abscisus: qui statim post abscisionẽ arescit: 7 qui ad nihilum valet nisi ad eternũ ignẽ. Hoc patet ex euangelio: vbi dñs dicit. Ego sum vitis vera: vos palmites. Sed homo excommunicatus est similis palmiti absciso a vite, vnde Ezechiel. Fili hominis quid fiet de ligno vitis ex omnibus lignis nemorum que sunt inter ligna siluarũ 7 c̃. Ex autez talis auctoritas p̃latoz habeat magnam potestatẽ in ligando 7 soluendo: patet per tale exẽplũ. Quidam comes fuit in Tolosa ciuitate: qui fuit fautor 7 receptor hereticorũ. Et omnis talis de facto est excõmunicatus vna cum hereticis. Et quidã sanctus abbas fuit ad eundem comitẽ missus admonenduz eum. Qui cũ viro sancto nollet acquiescere nec
F excõmunicationem timeret: sciens vir sanctus q̃ cor puersum verbis nõ compungit dixit comiti. Ut tu 7 tui videant factis q̃ infecta sit aia: q̃ vinculo excõicatiõis est in nodata volo mihi apportare album panẽ. Quo sibi allato dixit. O panis licet tu nõ mereris: tñ vt in te ostendat fidei veritas excõico te. Quo dicto panis inter manus eius qui ante erat candidus mox niger factus est. Quem p̃cepit ī duas partes diuidi: 7 interius sic̃ apparuit niger muscidus 7 corruptus. Tũc subiũxit. Ut etiã sciatis virtutem absolutionis: accepto pane absoluit eũ: qui in priorem spẽm 7 candorem est reuersus. Ergo bñ diffinitũt excõicationez dicẽtes: q̃ est a cõione fideliũ 7 a pceptione sacroz legitima sepatio. Et est duplex scz minor 7 maior. Minor est tñ a separatione sacroz. Sed maior est a separatione sacroz 7 etiã a cõione fideliũ 7 c̃. ¶ Quarto est timenda: qa excõicatus est q̃si leprosus qui separat ab aliis hoibus. Si ergo lepra corpalis timet ab hominibus: multo magis spũalis. Ideo dr̃. xxiij. q. iij. ca. Resecande sunt putride carnes: 7 scabiosa ouis a caulis repellenda est: ne tota dom⁹ massa 7 corpus ardeat 7 corrumpat. Arrius fuit vna scintilla in alexandria: q̃ totã illam patriã accendit. Sicut ergo leprosus separat a cõsortio hoim. vt pz Hume. xij. de maria sorore moysi: q̃ fuit sepata a cõsortio hoim: 7 sic ẽ leprosus spũalis: ne alios inficiat. Et in hoc est deterior aliis pctoribus: qa cum aliis peccatorib⁹ licet loqui comedere 7 orare: sed non cũ excõicato: quia facimus peccatũ mortale: quotiẽs cum eo oram⁹ in eccl̃ia: quotiens eũ salutamus in via: quotiens sibi damus osculũ: quotiens cũ eo cõicamus in actib⁹ ciuilibus: 7 quotiens cum eo in mensa comedim⁹: 7 si vale dicimus. vt pz in hoc metro. Os orare vale cõmunio mẽsa negat. Excipiunt tñ aliq casus q̃ patent in isto versu. Utile lex humile res ignorata necesse. Utile. i. ppter vtilitatem suã. s. qñ loquit de his secũ q̃ pertinent ad absolutionẽ vel ad salutem aie sue licet alia ꝛba incidẽtaliter parat: vt magis pficiat. Lex. i. mr̃imoniũ: qa vxor eius est excusata: si pticipat cuz viro. Humile. filij excusant a pticipatione p̃is excõicati. Et
H hoc intelligit fm Guilhelmum de filijs qui adhuc sunt sub ptate patris 7 sunt cõmẽsales. Sic etiã excusant serui 7 ancille: q̃ ante excõicationẽ fuerũt in seruitio illi⁹ excõmunicati. Res ignorata. i. cũ quis facit p̃pter ignorantiã. s. cum quis ignorat illum esse excõmunicatum. Necesse. i. cuz viator ambulat per terras excommunicator vbi oportet eũ emere necessaria vite tunc excusatur. Alij semp peccant mortaliter: vt qui cum illis bibũt aut edunt: 7 sic de alijs. Si em̃ hõ sciret se incurrere lepram corporalem cũ participatiõe vnius leprosi quantũ caueret: quãto magis debet qs cauere ī lepra spũali. ¶ Quinto excõicatio est timenda: qr excõicatus priuatus est oñi auxilio 7 oim bonoz eccl̃ie q̃ in ea fiũt. Quã pticipationẽ Dauid instanter petijt dicẽs. Participem me fac deus oim timentiuz te. Sic ille priuatus est oim missarũ orationũ fideliũ 7 ieiuniorz que fiũt in eccl̃ia dei. Quis em̃ digne sufficeret estimare valorẽ vnius misse. Quid tunc de oibus q̃ per totũ mundũ celebrant: 7 de oñibus bonis mũdi qui

A bus ille excõicat⁹ carebit: q̃diu ꝑdurat in excõicatione: immo talis perit in corpore ⁊ aĩa. Cui⁹ exẽplũ ptz in li. de illustrib⁹ virꝫ cisterciẽ. de q̃dam coruo: qui anulum corbeiensis abbatis furat⁹ fuit: ⁊ sentẽtia excõmunicationis post furẽ promulgata fuit Coruus ꝯo penas excõicationis luit vsq̃ ad deplumntionẽ: ⁊ appetitus comedendi priuationẽ fere vsq̃ ad mortem. Quod ex hoc patuit: quia anulo reperto in nidulo suo: ⁊ relaxata sententia: cepit statim corruus replumescere: ⁊ appetitum comedẽdi recupare atq̃ conualescendo reuiuiscere. Sic hoc in volucre factum est: quid nõ fiet in hoie? Sequit corrolarie: ꝙ fatue loquũ tur tales laici qui dicũt. Iste sacerdos diu debet me excõicare quousq̃ frangat mihi aliquod os in corpe. ¶ Sexto est timenda quia impedit absolutionẽ pctõrũ. vt patet xxiij. q. j. c. quicunq̃. vbi dicit Beda. Quicunq̃ ab vnitate fidei vel societate Petri ⁊ Pauli quolibet modo semetipsos segregauerint: tales nec a viculis peccatoꝝ absolui: nec ianuam pñt celestis regni ingredi. Et hoc verum est q̃diu est excõicatus: nisi in articulo mortis. vt patet. xvij. q. iiij. c. Si quis suadente: quia ꝓpter pctũ mortale excõmunicat: sed nõ pro quocũq̃ peccato mortali: sed pro cõtumacia. vt ptz. xj. q. iij. eꝑi. Hec em̃ contumacia est triplex. Nam alia est non veniendo ad iudicium ꝙ recepta citatione venire contẽnit. Secunda: q⁹ maliciose seipsum occultat siue impedit: ne possit ad eum citatio venire. Tertio quando citat⁹ ad iudiciũ venit: sed nõ vult stare iuri vel ante sentẽtiã diffinitiuã pertinaciter recedit: talis semper est in peccato mortali. Ergo q̃diu ptinaciter retinet inobedientiã que est peccatũ mortale: tãdiu non põt absolui a pctis. Sequit corrolarie: ꝙ oẽs inobedientes ecclie: vt sunt hereticꝰ pagani ⁊ sic de aliis: non pñt absolui a peccatis: ⁊ sunt fugiẽdi tanq̃ mẽbra putrida. Exẽplo Joãnis euãgeliste. de q̃. xxiij. q. j. c. ois. vbi dr ꝙ q̃dam tpe cũ Joãnes apud ephesum balnea lauãdi gra fuisset ingressus: ⁊ vidisset ibi cherinthũ: exiliit cõtinuo ⁊ discessit non lotus dicẽs. Fugiam⁹ hinc ne balnea ipsa corruãt: in q̃bus cherinth⁹ lauat inimicus veritatis. Septimo excõi- C
catio est timenda: q⁹ excõicatus si moritur eius corp⁹ non põt sepeliri in cimiterio. vt ptz. xxiij. q. ij. c. Sane. vbi dicit Leo papa doctor egregius. Quib⁹ viuis non cõmunicamus nec mortuis cõicare debem⁹: imo cimiteriũ esset violatũ. Itẽ ptz extra de sepul. ca. sacris. Cõtigit modernis tpibus ꝙ illius de forti brachio q̃ fuerat excõicatus a papa martino: post mortem pape ab amicis eius ossa fuerũt exhumata ⁊ in ecclia rome sepulta. Sequenti nocte muri ecclie intrauerũt terrã ad quãtitatẽ homis. Nisi ista ossa fuissent ab eccia ꝓiecta: tota eccia a terra fuisset absorpta. Itẽ ptz li. ij. dialo. de duabus monialibus excõicatis: q̃ sempe tpe diuinoꝝ surrexerũt ⁊ exierũt ecclam. vt ptz ibidẽ. ca. xxiiij. ¶ Octauo est timenda: q⁹ corpus excõicati in terra iacens non põt in cinerez resolui: q⁹ sicut est ligatus in aĩa: sic etiã est ligat⁹ in corpe. ¶ Nono excõicatio est timẽda: q⁹ bestie ⁊ aues excõicationẽ fugiũt. Cuius exẽplum legit ꝙ pa D
pa Grego. nonus. quendã diuitẽ excõicauit: qui dũ contẽneret excõicationẽ pape: tũc miraculo dei ciconie que nidificauerũt sup domũ eius recesserũt ⁊ nidũ transtulerũt ad domũ alteri⁹. Ꝙ vidẽs talis contumax: admonit⁹ est a cognatis eius qui hoc idẽ considerauerũt. Postea humiliauit corr suũ petens absolutionẽ. Et quãcito absolutus fuit a snia excõicationis: tunc dicte ciconie redierũc: ⁊ nidum suũ supra domuz reportauerũt. Aliud exemplum legit: ꝙ in ecclia sancti Vincẽtij martyris multi passeres solebant intrare ecclam: ⁊ ibidẽ sedere ⁊ diuinũ officiũ impedire: cũ aũt non possent excludi: epus loci eos excõicauit: mortẽ cõminãs eis si ecclam reintrarent. Recedentes aũt nũq̃ ecclam intrauerũt imo si qs capet aliquẽ violẽter ⁊ i ecclam posuisset: statim moriebat. Timenda est ergo snia prelatorũ: q⁹ dñs eis dixit. Quodcunq̃ ligaueris sup terram ⁊c. ¶ Scõo dicendũ est: in quib⁹ casib⁹ snia non est timenda. Nñr. in septem casibus. Primo si fertur snia a non suo iudice. vtz. xj. q. iij. c. sentẽtia. Scõo si a suo iudice sz excõicato. vt ptz. xxiiij. q. j. c. audiuim⁹. Tertio si qs ex-

E cõicat a delegato ꝯtra itẽtionẽ delegãtis vtz de p̃ben.ca.finali. Quarto si snia continet intolerabilez errorem: vt excõico te: q̃a credis in deum: vel q̃a non fornicaris ⁊ c̃. Uel ſm Ganfredum. Intolerabilis error dr̃ quodlibet pctm̃ mortale. Et talis error reddit sniam nullaz. Quinto si lata sit post legitimã appellationem. Sexto si ferat a suspenso a iurisdictione. Septio qñ fert in participantes nulla p̃missa monitiõe. vtz c.statuimus.li.vj.de sentẽ.excõ. Qui taliter iniusto excõicat: nõ debet timere sniam pastoris. Sed dr̃ iniusta adhuc q̃drupl̃r: ⁊ tũc adhuc ẽ timẽda. ſm illd̃.xj.q.iij.c. Sententia pastoris sp̃ est timẽda siue iusta siue iniusta fuerit. Primo dr̃ ex anio iniusto: vt qñ causa rõnalis exprimit: nõ tñ ex zelo iusticie sed indignatiõis ⁊ inuidie vel odij fomite ab excõicatore snia ꝓmulgat vt patet xj.q.iij.c.ira. ⁊ .c.cũ medicinalis. li.vj.eo.ti. Ideo tutũ cõsiliũ est ꝙ si q̃s offendit nõ p̃ se sed per aliũ qui charitate moueat sententiam ꝓmulget. Uel si per se hoc facere vult: ad min⁹ non faciet hoc dum mouetur
F sed p̃mittat motũ cholericũ aliq̃ntulũ residere. Scdo modo dr̃ iniusta ex causa: quia forte nulla pretendit in snia: vt in nouella Innocẽtij.de sen.excõi.c. cũ medicinalis. Uel si p̃tendit non vera: vel si vera sit: non tamẽ est sufficiẽs ⁊ rõnabilis. vtz.eo.ti.c. sacro. Tertio dr̃ iniusta ex ordine cum vera causa ⁊ rõnabilis p̃tendit ⁊ proferens ex charitate mouet: attamen non precessit monitio competens.s. trina monitio siue vna ꝓ om̃ibus maxime in notorio. Quarto modo dr̃ iniusta qñ non preferẽ in scriptis ⁊ exẽplar scripture tenet tradere excõicator excõicato infra mẽsem si fuerit requisitus. vt patet libro.vj.eo.titu.cap̃.cum medicinalis. In illis casibus q̃uis iniusta sit: tamen semper est timenda. Tertio dicendum est quomodo sententia interdicti est seruanda. Circa qd̃ notãdum: q̃uis cõmunitas non põt excõicari: tamẽ põt interdici ⁊ hoc duplici rõne. Primo ꝓpter statutum ecclesiasticuz. vt ptz de sen. excõ.li.vj. ca. Romana eccl̃ia.i fine. vbi dicit. In vniuersitatẽ v̄o collegiũ ꝓferri excõicationis sententiaz penit⁹ ꝓhibemus: volentes animarũ vitari periculũ qd̃ ide sequi posset cũ nõnunq̃ cõtingeret innoxios hmõi sententia irretiri: sed in illos dũtaxat de collegio vel vniuersitate quos culpabiles esse cõstiterit. hec ibi. Scdo ꝓpter diuinũ iudicium imitandũ. Gen̄.xix. Dixit Abraã. Domine perdes iustum cũ impio: si fuerint ibi quinquaginta iusti nõ delebis ciuitatẽ. Rñdit. Non delebo ꝓpter quinquaginta ⁊ c̃. Põt tamen interdici. Et interdictum ſm Raymundũ eccl̃iastica censura in penã cõtumacie vel offensa lata arcens p̃cipue populuz ne cõmunicet sacramẽtis: hoc est obseruãdum tp̃e generalis interdicti: ꝙ hoies p̃nt admitti ad penitentiã tam infirmi q̃ sani: dũmodo excõicati non fuerint: qui non admittuntur nisi in mortis articulo. vt ptz de senten.excõ.li.vj.ca.alma mater. Et.xvij. q.iiij.ca.si quis suadente. Idem ptz de peni. ⁊ remis.ca.qd̃ in te. vbi dicit ꝙ ad sacramentum penitentie remittunt tam infirmi q̃ sani: sed ad cõmunionez infirmi nõ sani. Secũdo ad sacramentum baptismi ⁊ cõfirmationis tam paruuli q̃ adulti admittuntur. vt ptz de sen.excõ.ca.responso. ⁊ crisma per ep̃m cõficitur.eo.ti.li.vj.ca.quoniam. Tertio non admittũtur infirmi ad extremã vnctionẽ nec ecclesiasticam sepulturam: nisi sint clerici vel exempti. vt ptz de peni. ⁊ remissi.cap̃.qd̃ in te. Quarto missa ⁊ alia diuina officia in ecclesia possunt celebrari: ianuis clausis: campanis non pulsatis: submissa voce excommunicatis ⁊ interdictis exclusis. vt patet de senten.excõ. libro.vj.cap̃.alma mater. Exceptis quattuor festiuitatibus: quia tunc possunt dici diuina officia: ianuis apertis: cãpanis pulsatis. vt patet ibidẽ vsq̃ ad vesperaz inclusiue ſm Joannem andree. ⁊ ſm Guidonez includitur completorium diei. Quinto nõ possunt esse interdicti omnes in diuinis officijs: scilicet in aliquo loco: vbi celebrãtur diuina. vt patet eo.titu.lib.vj.ca.si sententia. vbi dr̃. Cuz vero populus alicuius terre interdicto innodatur singulares ex co p̃sone quas interdictas esse constat ne sententia careat effectu: cuz diuinoꝝ auditio ⁊ sacramentoruz perceptio populo in vniuerso non competat: non debent alicui ca-

A sibus expressis a iure dūtaxat exceptis au
dire diuina vl' ecclesiastica suscipere sacra
menta. Sexto non debent admitti ad diui
na familiares religiosorum ⁊ monasterio-
rum. vt patet lib. vj. de priuilegijs. c. licet.
in fine. nisi super hoc fuerint priuilegiati.
Septimo non debēt admitti ad diuina fra
tres ⁊ sorores de tertia regula sancti Frā-
cisci. vt ptz in cle. eo. titu. c. cum ex eo. nisi
sint priuilegiati: ⁊ hoc sub pena late snie.
Octauo omes ecclie toti⁹ ciuitatis debēt
se cōformare matrici ecclie sub pena excōi-
cationis late sententie a qua nisi p summū
pontificē pñt absolui. vtz in cle. de senten.
excō. c. cū ex frequētib⁹. Et hoc est verum:
nisi sint priuilegiati sicut nos. Nam possu-
mus admittere ad diuia nr̄os iuratos fra-
tres tpe interdicti: qd̄ ptz in quodā priuile-
gio nostro a sede apl'ica nobis collato.

¶ Honora patrem ⁊ matrem.

Vndecimo peccāt ꝯtra illud p̄ceptū
q̄ nolūt semel ad min⁹ ī anno cōfite-
ri suo ꝓprio sacerdoti eoꝝ pctā. de
B quo ait ps̄. Sicut miseret̄ pr̄ filioꝝ: miser-
tus est dñs timētibus se. Sed diceres. Uñ
venit ꝙ pctā nr̄a debem⁹ confiteri. Rñr. ꝙ
venit ab Adam. Uñ Grego. iiij. moralium.
Primi parentes ad hoc requisiti fuerūt vt
pctm̄ qd̄ trāsgrediēdo cōmiserāt cōfitendo
delerēt. Uñ ⁊ serpens ille ꝑsuasor malorū
q̄ non erat reuocandus ad veniā: de culpa
non est req̄situs. Interrogat⁹ itaq̄ hō vbi
esset: vt ꝑpetratā culpā aspiceret ⁊ cogno-
sceret q̄ꝫ longe a conditoris sui via abisset.
Sed adhibere sibimet vtiq̄ defensionis so
latia q̄ꝫ confessionis elegerūt. Cunq̄ excu-
sare pctm̄ voluit vir per mulierem: mulier
per serpentem auxerunt culpam: quā tue-
ri conati sunt. Hec Gregorius. Alij dicunt
ꝙ venit a Cayn. Genes. iiij. Cum domin⁹
dixit ad Cayn. Ubi est Abel frater tuus.
Debuisset confiteri peccatum suum: sed di-
xit. Nescio? Nunq̄d custos fratris mei sum
ego? De peniten. distin. j. ca. serpens. vbi
dicitur. Deniq̄ Cayn qui voluit crimē ne-
gare indignus iudicatus est qui puniretur
in peccato. Et s̄m magistrum in historijs
cōmisit septem peccata. Nota ibidem. Alij
dicunt ꝙ incepit tpe iosue: qñ p̄cepit achor
vt cōfiteret̄ qd̄ acceperat de anathemate. C
vt ptz Josue. vij. Alij dicunt ꝙ incepit ī ve
teri testamēto. Esa. xliii. Dic tu iniq̄tates
tuas vt iustificeris. ps̄. Dixi cōfitebor ad-
uersum me iniquitates meas: ⁊ tu remisi-
sti iniquitatē pcti mei. Sed in veteri testa-
mento fuit solū deo ⁊ nō homini cōfitēdū
quēadmodū iudei adhuc seruant. Sed in
nouo testamēto cōfiteri tenemur deo ⁊ ho
mini: quod venit ex triplici statuto: scz
Ex statuto dominico.
Ex statuto apostolico.
Ex statuto ecclesiastico.
Primo venit ex statuto dñico: quia chr̄us
postq̄ꝫ mundauit leprosum: dixit ei. Uade
oñde te sacerdotib⁹ ⁊ offer munus ⁊c̄. vtz
Mat. viii. Dubitat̄ vtꝝ ꝯfitēs debet aliq̄d
offerre sacerdoti vel si etiaz tenet̄? Rñr. ꝙ
nō: q̄a d̄r extra de simo. Sacramenta sunt
libere recipienda: ⁊ libere sunt p ministros
cōferēda. Offerre igit̄ sacerdoti aliq̄d cui
confitet̄ hō pōt intelligi dupl'r. Primo pro-
pter sacramenti emptionem vel pactionē: ⁊
sic illicitū est ⁊ dānosum ⁊ sue damnatiōis
sniam recipit cū simone mago a beato Pe- D
tro apl'o: a q̄ audiuit. Pecunia tua tecū sit
in ꝑditionē: donuz dei possidere ⁊c̄. Scd̄o
ꝓpter ip̄ius ministri sustentationē. Nā mi-
nistri sacramētoꝝ p eoꝝ administrationē
viuere debent. Quia ꝓpriis stipendiis nul
lus militare tenet̄. Uñ Nume. xviii. pro su-
stentatione sacr̄oꝝ decime fuerūt ordinate
vt dicit dñs filiis Leui. Dedi omnes deci-
mas ⁊ possessionē misterio q̄ seruiūt mihi
in tabernaculis: ⁊ ipsi portabūt pctā popu-
li mei. Uñ illi ministri qui nec decimas nec
aliquos redditus a ppl'o recipiunt: licite p
administratiōe sacr̄oꝝ pñt aliq̄d accipere
in sustentationē vite ipsoꝝ: vt sunt religio-
si paupes ⁊ p̄sbyteri coducti in ecclesiis: q̄
bus non dat̄ nisi q̄ a ppl'o gratis offerunt̄.
Talibus em̄ curiale est quodāmodo ⁊ de-
bitū aliq̄d eis offerre: cū ab eis aliquod sa-
cramentū accipit̄ ad sustentandā vitā ipso
rum. Secundo ptz hoc idem per hoc quod
dicit̄ Joānis. xx. Ubi dixit dñs apostolis.
Accipite spm̄ sanctū: quoꝝ remiseritis pec-
cata ⁊c̄. Item Math. xviii. Tibi dabo cla
ues regni celoꝝ ⁊c̄. Utile est confiteri pro-

per. iij. sniarū. Ex nimio damno illato alicui solent tria oriri. scilicet Rācor in corde. Signa rancoris in opere. Actio iuris contra iniuriantē. Primū teneť hō statim dimittere ventā veraciter petēti: ꝛ parato se emēdare cōtra facultatē suam. De q̄ pōt intelligi. Luce. xvij. Si reuersus fuerit ad te dicens. Penitet me. Dimitte illi. Immo etiam si nō petat: adhuc tenetur homo remittere signa rancoris. ¶ Pro intellectu illius est sciendum: q̄ duplicia sunt signa rancoris. Propinqua. s. ex quibus potest quis faciliter cognosci: vtz gerat rancorem cōtra alium: sicut si prius locutus est ei salutando eū: ꝛ hoc iam non facit. Alia sunt signa remota ex quib⁹ nō potest faciliter cognosci vtrū odiū gerat: vt si non totiens loquiť ei. Vel non totiens vadit ad domū eius vt prius. Talia teneť hō remittere. Tertium scz actionē iuris cōtra iniuriantē non tenetur homo dimittere; nisi ille sibi satis faciat ſm suum posse. Ideo dicitur in Decretis. xxxiij. q. iiij. Si illic. Nemo teneť remittere iniurią: nisi sibi satis factū sit. Ideo etiaz
F dicit de iniurijs ꝛ damno datis. cap. Si rixati fuerint homes ꝛ pcusserit alter fratrē suū lapide vel pugno: ꝛ mortuus nō fuerit sed iacuerit in lecto: qui percusserit operas eius. s. amissas ꝛ expensas in medicos restituat. Et sic de alijs damnis ibidē. Quinto est pctm̄ qñ in passione vindicte nimis seuit ab intra ꝛ ab extra: sic q̄ non curat facere contra preceptum dei vel charitatem proximi cum maledictionibus ꝛ blasphemijs. Contra quos Franciscus petrarcha de re. vtri. for. dicens. Da ire spacium: da consilio tempus: frena impetum. Defert aut desinit aut lentescet breuis hora cedit iratum equor. Sequitur. Plus teipsum leseris q̄z hostem. Illi corpus forsitan aut opus: tibi animam famāq̄z corporis. Hec ille. Sūt quidam qui propter paruam offensam eis illatam excellēter inflammantur: ꝛ cum verbis ꝛ factis se parāt ad vindictā: quod tamen non expedit. Cuius exemplū in lupo patuit: qui leuiter offensus a capra fuerat que semel inspexerat eum: propter quod lupus semper ei minabatur mortem. Finaliter lupus ꝛ capra statuerunt diē q̄ vellent mutuo conuenire: vt quilibet ppo- G
neret ius suum. Vulpes debuit esse iudex. Adijt capra canes rogans quatenus irēt secum contra lupum tenendo diem. Qui venientes cum ea: tamen occultando se in arbustis. Cōqueritur lupus vulpi de iniuria sibi illata: vulpes videns canes latitantes: dixit lupo. Chare frater consulerē tibi vt tam paruā iniuriam non vindicares: sed remitteres. Respondit lupus. Nequaq̄z arripiens capram per collum. Qua voci ferante: mox canes venerūt ita q̄ vix euasit. Tandem veniens ed vulpem: conquestus est se terribiliter laceratū. Respondit vulpes. Nonne dixi tibi: q̄ tam paruā iniuriam non deberes vindicare. Sic exemplariter contingit illis qui paruā iniuriam excellenter volūt vindicare. Sexto potest fieri sine peccato: ꝛ hoc tribus modis. Primo ppter malor correctionez. Sunt eñ pene quedam medicine peccantiū. Vñ tēporalē penā optare peccatoribus: vt corrigank ꝛ a peccatis desistant: dei beneficij est indiciū. Sic eñ scribiť. ij. Machabe. vj. Et eñ H
non sinere multo tēpore peccatorib⁹ ex sententia agere: sed statim vltiones adhibere magni beneficij indicium est. Secundo ꝓpter boni publici cōseruationem. Dicit eñ Gregorius. xxij. moralium. Euenire plerū q̄z solet: vt non amissa charitate inimici nos ruina letificet. Et rursus. Eius gloria sine inuidie culpa contristet cum ruente eo quosdam bene erigi credimus: ꝛ proficiente illo plures iniuste opprimi formidamus. Tertio propter diuine iusticie manifestationem. Si enim nullo modo vindicta malorum esset appetenda: Propheta non dixisset. Letabiť iustus cū viderit vindictam. Sic Moyses occidit. xxiij. milia hominuz propter idolatriam. vt patet Exodi. xxxij. Non zelo vindicte: sed zelo diuine iusticie manifestande. Non eñ debem⁹ nosmetipsos vindicare ppter multa. Prio: q: ex tua vindicta vel defensione post illatā iniurią nullus fructus sequiť. Si eñ eruis oculuz eius qui eruit tuū: ppter hoc non restituiť tibi tuus: q: si q̄s cōtra legē te pcutit: dign⁹ est vt repercutiať. Sed tu nō es dignus vt eū repcutias: qa es discipulus eius: q̄ pcul

A sus nō repcutiebat. Quare si tu repcutis:
nō solū te suū discipulū esse negas verbis:
sed etiaz factis Geñ.xxxvij. Quid prodest
nobis si occiderim⁹ frēm nr̄m? Scdo quia
fructū patiētie perdis. Nā si malum ꝑ ma-
lo reddis: fructū patiētie perdidisti. Si ma
lum ꝑ malo non reddis: membruz ꝑdidisti
sed fructū patientie q̄siuisti: qr dixit Jesus
In patiētia vr̄a possidebitis aīas vestras.
Et Jaco.j. Patientia ꝑfectū opus habet.
Tertio q̄a causam tuaz iniustā facis: vnde
Ps̄. Si reddidi retribuentibus mihi mala
ꝛc̄. Quasi dicat: cadam a iusticia mea. Jō
dicit apl̄us ad Roma.xij. Noli vinci a ma-
lo: sed vince ī bono malū. Quarto de⁹ me-
lius vindicabit te: si ei vindictā seruauerꝫ.
Sicut em̄ est etern⁹: ita eternū vuln⁹ infli-
git. Mat.xxv. Ibunt hij in suppliciū eter-
nuz. Ideo ipse dicit. Mihi vindictā: ꝛ ego
retribuam. dicit dn̄s ad Roma.xij. Et ad
Heb.x. Deute.xxvj. Prouer.xxij. Quinto
facit ꝯtra euāgeliū. Math.v. Dictū est an
tiquis. Oculū ꝑ oculo: dentē pro dēte ꝛc̄.
Ego autez dico vobis: non resistere malo.
Jō dicit apl̄us ad Roma.xij. Non vos de-
B fendētes charissimi: sed date locū ire. Sed
contra. Paulus vt se ab iniurijs liberaret:
cōminatus fuit militib⁹: se asserens ciuem
romanum. vt ptz Actuū.xxij. Ergo resiste
bat malo.i. violentie. Itez canon concedit
defensionē sui in casu in quo aliquis vellet
aliū occidere: ꝛ ille defenderet se: inuaso-
rem occidendo ꝙ tūc non esset irregularis
vt ptz extra de homicidijs.ca.vnico.in cle.
Ergo resistere malo ē licitū. Rn̄r resistere
malo vel repellere iniuriā cōtingit dupl̄r.
Aut liuore vindicte: ꝛ sic nunq̄z licet. Aut
zelo iusticie: ꝛ hoc etiā dupl̄r. Aliqn̄ ꝟbis
ꝑsuadendo ne inferat̄ iniuria: ꝛ sic licet oī
bus. Et isto modo resistebat Paulus vt al-
legatum est. Aut factis repugnādo: ꝛ hoc
adhuc dupliciter. Uel iniuria: tunc est pu-
blica ꝛ ineuitabilis quo ad mortem: ꝛ tunc
licet iussu principis vel militis seu commu-
nis officialis: cui ex officio incumbit iniu-
riatos defendere. Uel talis iniuria est per-
sonalis ꝛ priuata: ꝛ tūc si est necessitas ine
uitabilis que vitari non potest: nec ꝑ fugā:
neq̄z ꝑ aliud impedimentū: sic ꝑmittit̄ cle-
rico ꝛ laico defendere se: ꝛ vim vi repelle C
re licet cuz moderamine inculpate tutele.
Christus autē loquebatur illud.s.non resi-
stere malo ad personas priuatas de iniu-
ria priuata: nō ad personas cōmunes ꝛ of
ficiales: qui ex lege ꝛ zelo iusticie malefi-
cos habent corrigere. ¶ Legit̄ in speculo
historiali.libro.xviij.c.lxxj. de sancto Ma-
chario. Qui quodam die dū in cella sua se
deret: ꝛ a culice vulneratus fuisset in pede
dolensq̄z manu sua eū peremit qui moriēs
plurimum cruoris effudit. Reprehendens
igit̄ se ꝙ iniuriā ꝓpriam vindicasset: ita se
condēnauit vt in pratis nudus ꝑ sex men-
ses sederet vbi per culices ꝛ scabrones plu
rimū ꝑforatus est in cute: sic ergo illic tot⁹
exulceratus est vt oīb⁹ suis mēbris elephā
tosus apperet. Itē de mira patiētia ph̄oꝝ
lib.iij. de ira. Itē de Diogene ph̄o de quo
dicit Seneca tractāti causam de Lētulo.
Qui attracta pingui saliua in ore suo spuit
in frontē ph̄i mediā. Ille abstergēs faciem
suam dixit. O lentule affirmo omnes falli
qui te negant os habere. Et sic iniuriam in
risum cōuertit. Item ibidem de patientia D
principum. Cum ad regem Philippum ve
nissent legati Atheniensiū ait ad eos phi-
lippus. Quid possum facere quod sit gra-
tum atheniensibus? Rn̄dit vnus ex lega-
tis. Te inquit suspēdere esset gratū. Et cū
contra eum ministri regis vellent irruere:
ꝓhibuit rex dicens. Renunciate athenien
sibus: multo superbiores esse illos q̄ ista di
cunt: q̄z q̄ impune audiūt. Itez de patiētia
cōiugū dr̄ in vitas ph̄oꝝ de Socrate. Qui
cū post multas iniurias vxoꝝ fuisset aqua
immūda ab vna ꝑfusus: nihil aliud respon
dit q̄z sciebā ꝙ post illud tonitruum debuit
venire pluuia. Itē de patiētia sancti Mar
tini: qualiter cuz baculis ꝛ flagris fuit per-
cussus a militibus ꝛc̄. Scdo inuenitur vin-
dicta que est equitatis ꝛ iusticie: quā facit
prelatus aut iudex fidelis. De quo dicitur
ad Roma.xiij. Uis autem nō timere pote-
statem: bonum fac. Sequitur. Si autē ma-
lefeceris: time. Non enim sine causa gladi-
um portat. Dei enim minister est vindex in
iram ei: qui malum agit. Non enim debet
se vindicare: sed lesum ostendere cōmitten

E do deo: qui dixit. Mihi vindictam: ⁊ ego
retribuam. Dubitatur vtrum iudex debet
vindicare proximum lesum ꝑm legem ta-
lionis que ponitur Exod. xxj. Reddat ani
mam ꝑ aīa: oculū ꝑ oculo: dentē ꝑ dente:
manū ꝑ manu: pedem ꝑ pede. Itē Leuiti.
xxiiij. ⁊ Deut. xix. Rñdet ꝙ in lege iudeo-
rum fuerunt triplicia p̄cepta. Prima mora
lia vt decem p̄cepta: quoꝝ oppositū nullo
modo fuit licitum. Alia fuerunt cerimonia
lia. q̄ cessauerunt sicut dicit apl's ad Gala.
v. Si circūdamini: christꝰ vobis nihil pro-
dest. Tertia fuerūt iudicialia q̄bus vti pos-
sumus si expedierit. Ergo iudices si ꝑm le-
ges talionis iudicarēt: nō peccarēt dūmō
hoc ꝑ lege statuerēt. Dubitat scdo vtrum
iudei omnia punierūt ꝑm legē taliōis? Rñ-
det ꝙ non: quia dicit magr̄ sup leuitico. ꝙ
non ad iniurias reꝝ exterioꝝ: sed corpoꝝ
lex talionis extendebat: q̄a ꝑ vno boue fu-
rato quinq̄ boues: ⁊ pro vna oue quattu-
or oues reddebant. Dicit Augustinus lib.
xxj. de ciuita. dei. ꝙ Tulliꝰ octo genera pe
F narum in lege fuisse scribit: scz damnū vin
cula: verbera: talionē: ignominiā: exilium:
mortē ⁊ seruitutē. Nam pena damni infe-
rebat ꝑ culpa furti. vt ptz Exodi. xxij. Si
q̄s furatus fuerit bouē q̄nq̄ boues restitu-
at. Pena carceris inferebat ꝑ pctō: cuius
pena nō erat taxata in lege: sicut legit Nu-
meri. xv. ꝙ filij israel inuenerunt quēdam
hominem colligentez ligna in die sabbati.
Quē recluserūt in carcere donec ꝯsulerēt
dñm qua pena esset puniendus. Pena ver
beris inferebat ꝑ pctō ꝑm arbitrium iudi-
cū: vt quādo iudices eū qui peccauit vide-
bant esse cōdignū plagis faciebāt eū ꝓster-
nere ante se ⁊ corā eis fecerūt verberari: si
cut dr̄ Deute. xxj. Pena autem talionis pu
niebant illi qui īueniebant aliq̄s ꝑcussisse
vel mutilasse in membris ⁊ illi q̄ falsum te-
stimoniū dicebāt cōtra ꝓximum suum. Pe
na vero ignominie ⁊ verecundie inferebatur
illis qui nolebant accipere vxorem fra-
tris sui defuncti. Tunc enim tollebant cal-
ciamentū de pedibus suis ⁊ spuebant in fa
ciem suā. vt ptz Deute. xxv. Pena exilij pu
niebant illi qui casuale cōmittebant homi-
cidiū per ignorantiā vl' alio modo. Et tunc
debebant stare in ciuitatibus refugij vsq̄ G
ad mortē summi sacerdotis. vt ptz Nume.
xxxv. ⁊. Deute. xl. Pena ꝛo mortis punie-
bant illi qui maledicebant patri. vt ptz Le
uiti. xx. Et qui erant filij nolentes se corri-
gere de luxurijs ⁊ comessationibꝰ: ⁊ tales
a populo debebant lapidari. vt ptz Deut.
xxj. Pena seruitutis inferebat illis qui no-
lebant vti bñficio legis. Mādabat em̄ lex
Exodi. xx. ꝙ seruus emptus in septimo an-
no potest egredi liber a domino suo. Si er-
go volebat stare ⁊ non vti bñficio legis in
perpetuū efficiebat seruꝰ. Multis ergo pe
nis puniebat lex Moysi preter penam tali
onis. Sic etiā iudices chr̄ianoꝝ p̄nt puni-
ri multis alijs modis q̄ꝫ pena taliōis. Non
ergo habet vim obligandi: quia tale prece-
ptum fuit iudiciale preceptū concessum iu-
deis ꝑ dispositione status eoꝝ: quia trāsla
to sacerdotio necesse est vt legis translatio
fiat. Licitum est tamē iudici vel ecclesie de
nouo pro dispositione status p̄sentis popu
li statuere tali pena esse aliqua peccata pu-
niēda. Scribit em̄. iij. q. viij. ꝙ si quis obij-
cit crimen alicui: offerens se probaturū ob- H
ligat se ad talionē si in probatiōe deficiat.
Igitur quantū ad obligationē illius legis
pena talionis est remota sicut omnia iudi-
cialia non tamē quantū ad punitionē pec-
catorū. Tertia vindicta est auctoritatis et
potētie: quam fecit deus in celis in presen-
ti ⁊ in futuro. De qua Deutero. xxiij. Uin-
dictam retribuet ī hostes eorum scilicet bo
norum. Hieremie. xxxvj. Uindictam tribu-
et inimicis suis. De qua etiam vindicta di-
citur Apocalyp. vj. Omnes sancti clamāt
Uindica domine sanguinē nostrū qui effu-
sus est. Quod Augustinꝰ exponēs in que-
stionibus veteris et noui testamenti dicit.
ꝙ anime occisorū clamant vindicari se po-
stulantes: sicut sanguis Abel clamauit de
terra non voce sed ratione. Nam opus opi-
ficem laudare dicit ꝑ hoc ꝙ videntē oble-
ctat. Non em̄ tam impatientes sunt sancti
vt vrgeant fieri quod sciunt tēpore p̄finito
futurū. Aliter exponit Haymo ibidem di-
cens. Sciendū inq̄t ꝙ illi sancti iam in con-
spectu creatoris sui cōsistētes vidēt volun-
tatē illiꝰ: ⁊ ab ip̄o creatore accipiūt q̄d ip̄m

facere velle nouerunt. Et subdit. Petunt
A aũt vindictam de inimicis duobus modis
⁊ hoc rõne charitatis: vt scz qui ad vitam
eternam predestinati sunt conuertantur a
malo ad bonũ. Qui ꝟo p̃sciente deo dam-
nandi sunt moriant̃ ⁊ peccare desistãt. Et
vt ꝑ hoc minorẽ penã in inferno habeant:
vbi vnusquisq; ſm qualitatẽ operum susti-
nebit magnitudinem penarum. Qđ petere
vtiq; charitatis est. Secũdo petunt vindi-
ctam: q̃a optant venire diem extremi iudi-
cij: ⁊ resurrectionẽ corpoꝝ suoꝝ. Hec hay
mo. De hac vindicta dicit Ualeri⁹ lib. vij.
ca. ij. Lento enim gradu ad vindictã sui di-
uina iusticia ꝓcedit. Cum aũt venerit ꝑcu
tit qñq; multos tꝑaliter nõ eternaliter pro-
pter prauitatem vni⁹ ꝑsone. Dicit sanctus
Thomas in. ij. ij. q. centesima. ꝙ deus pu-
nit pena corꝑali vnũ pro alio tripl̃r. s. Pro-
pter participationem cõmunitatis nature
propter imitationẽ criminose culpe ⁊ pro-
pter incorporationẽ persone colligate. Pri
mo punit ꝑ alio qñ ꝑticipant naturã: sicut
B corpus filij punit̃ ꝑ pctõ patris. Sic puni-
ti fuerũt infantes ⁊ pueri sodomoꝝ. vt ptz
Geneſ. xix. ꝓpter pctã parentũ. Et chana
an pro peccato cham patris sui. Secundo
punit̃ vnus pro alio propter imitationẽ cri
minose culpe: vt qñ imitat̃ culpã alterius:
sic etiã punitur filius ꝑ patre inquantũ ex
peccato patris etiam ipse peccat maluz ex-
emplum sumendo. Ad istum intellectum lo
quitur dominus. Leuiti. xx. Ego deus ze-
lotes visitans iniquitates patrum ĩ filios
vsq; in tertiã ⁊ quartam generationes. Si
cut patet in vsurarijs ⁊ in male acquisita
habentibus. Ideo inde trahit̃ prouerbiũ.
De male acquisitis non gaudebit tertius
heres. ¶ Tertio punit̃ vnus ꝑ alio ratio-
ne incorꝑationis ꝑsone: quãdo scz est mẽ-
brũ vnius corꝑis qđ rõne alteri⁹ meretur
puniri: quia interdũ pena vnius redundat
in omnes. Sic pro peccato rectoris punit̃
quãdoq; populus inquãtũ rector est caput
istius. vt patet. ii. Regum vlti. de peccato
dauid numerãte populũ: propter qđ sunt
occisi. lxx. milia hominum in pestilentia: sic
puniuntur boni pro peccatis maloruz. Sic
propter peccatum Achor: qui furatus fue-
rat cõtra preceptum domini de anathema C
te id est de bonis interdictis a deo ⁊ illici-
tis ciuitatis Jericho: ꝓpter quod popul⁹
israel traditus est in man⁹ hostium. vt pa-
tet Josue. vii. quia sicut patet ĩ corpore hu
mano aliquando propter peccatum factuz
a manu eruitur quandoq; oculus ⁊ ꝓpter
peccatum factum a lingua: sicut infamia ⁊
falsum testimonium interdum abscinditur
pes vel manus: quia sunt membra vnius
corporis: ⁊ pena vnius membri redundat
in totum corpus. Sed contra predicta scri-
bitur Ezechielis. xviii. Filius non porta-
bit iniquitatem patris: nec econuerso. Ad
hoc respondet sanctus Thomas vbi supra
ꝙ hoc intelligitur de pena spirituali: scili-
cet de pena anime: quia non punietur ani-
ma filii pro peccatis patris: nec econuerso:
quia anima est a deo: corpus autẽ a patre.
Etiam intelligitur de pena eternali: non
temporali.

¶ Non occides.

Tertii sunt qui peccant contra illud
preceptum. Non occides verbaliter D
⁊ ore. Primo cõsentiẽdo in mortem
proximi: sicut Achab in mortem Naboth.
Naz Jesabel vxor achab regis samarie oc
cidit naboth per duos falsos testes: vt A-
chab possideret vineã eius. Et fact⁹ est ser
mo dñi ad Helyã dicens. Hec dicit dñs.
Occidisti insuper ⁊ possedisti. Et post hoc
addidit. Hec dicit dñs in loco hoc in quo
linxerunt canes sanguinem Naboth: lam-
bent quoq; tuum sanguinẽ. Historia poni-
tur. iii. Regũ. xxi. Contra quos scribitur.
lxxxvi. di. c. Faciẽtis ꝓculdubio culpã ha-
bet q̃ qđ põt corrigere negligit emendare.
Scriptũ quippe est. s. Leuiti. xx. Nõ solum
qui faciũt sed etiã q̃ consentiũt facientibus
participes iudicantur. Sequit̃. Negligere
cũ possis perturbare peruersos nihil aliud
est q̃ eos fouere. Nec caret scrupulo socie-
tatis occulte: q̃ manifesto facinori desinit
obuiare. Idẽ dicit̃. lxxxiii. dist. cap̃. Error
cui nõ resistit̃ approbat̃: ⁊ veritas cũ mini-
me defensat̃ opprimit̃. Idẽ. xxiii. q. iii. ca.
Qui põt obuiare ⁊ ꝑturbare peruersos et
non facit nihil aliud est q̃ fouere impieta-
tẽ eoꝝ. Idez. xi. q. iii. ca. Qui peccantibus

E consentit ꝛ defendit aliū delinquentē: maledictus erit apud deū ꝛ hoies. Et infra. Si quis alterius erroꝛi cōsentit sciat se cum illo simili mō culpabilē iudicandū. Hec Isidoꝛus. Idez dicitur. ij. q. vij. ca. negligere. Ergo oēs cōsentiētes in mortē alicuius innocentes sunt homicide coꝛaz deo. Iste cōsensus potest fieri dupliciter. Aut cōsentiendo expresse in mortē alicuius: aut non impediēdo dum possit: quia non vetat malum fieri cum possit. Ergo quando in consilijs tractatur negociū vnde possit fieri aut sequi sanguinis effusio: aut innocentum oppressio: debetis videre quō assentiatis ne participes criminis efficiamini: ꝛ ne homicide efficiamini forte non minus q̄ illi qui manibus occidunt. Idco dicit dñs per prophetam de quolibet eoꝝ. Sāguinem eius de manu tua requiram. Ergo iudei qui cōsenserunt in mortē christi fuerunt mirabiliter puniti. Secundo modo habet fieri homicidiū oꝛe ꝛ etiam voce mandando. Q̄ legitur de Herode: qui mittens occidit multos pueros qui erant in bethleem ꝛ in finibus eius. Sic pharao mandauit submergi pueros hebꝛeoꝝ. vt ptz Exodi. ij. Propter hoc idem in aquis cuz suis submersus est. Sic herodes mandauit occidi Joannem, vt patet Mar. vj. Idco dicit de reg. iu. li. vj. qō quis facit per aliū: tantū est ac si faceret p seipsum. Idco tales cum iubēt homicidiū fieri: homicide iudicant. vt patet de peni. dist. j. ca. piculose. Sic multi tyranni occiderūt martyres aut per carnifices aut per bestias ꝛc̄. Sic etiā qui mādat aliquē verberari: licet expresse inhibeat ne occidat vllatenꝰ vel in mēbꝛo aliquo mutiletur: irregularis efficit si mandatarius fines mandati excedens mutilet vel occidat vt patet extra de homici. c. Is qui mādat. libꝛo. vj. Tertio habet fieri homicidium in voce cōsilium dando: sicut Cayphas fecit in cōsilio cōtra christū dicēs. Vos nescitis quicq̄. Expedit enim vobis vt vnus homo moꝛiatur pꝛo populo: ne tota gens pereat. De hoc genere homicidij vꝛ de peni. dist. j. ca. Periculose se decipiunt: qui estimant eos tm̄ homicidas esse qui manibus homines occidūt: ꝛ non potius eos per quoꝝ cōsilium ꝛ fraudem ꝛ exhoꝛtatiōes hoies extinguuntur. Nam iudei nequaq̄ propꝛijs manibus interfecerūt christū: sicut scriptū est Joānis. xviij. Nobis non licet interficere quenq̄. Sed tamen illis dñi moꝛs imputatur: quia ipsi eū lingua interfecerūt: dicētes. Crucifige: crucifige euz. hec Aug. De illo cōsilio ꝓphetauit Jacob Gen. xlix. Symeon ꝛ leui vasa iniquitatis in eoꝝ cōsiliū nō veniat aīa mea: q̄a occiderūt virū in furoꝛe. Quia de illis tribubus fuerūt q̄ chm occiderunt. Nā pharisei fuerunt de tribu simeon: sacerdotes aūt de tribu leui. Istud cōsiliū fuit malū. Nā cōsiliū debet eē de tribus iustis: sed istud fuit iniustū: qꝛ ꝓtra iustū: q̄ pctm̄ nō fecit: nec inuētꝰ est dolꝰ i oꝛe eiꝰ. Scdo non fuit ꝓspectiuū ad futura: qđ req̄rit ad cōsiliū: qꝛ dicit Aristo. q̄ de ꝓteritis nō est cōsiliū: nec de pñti: cū parū perseuerēt. Idco vꝛ in Prouerbi. Quicq̄d agis prudēter agas: ꝛ respice finē. Sed tale nō fuit cōsiliū iudeoꝝ: q̄a futura nō bene prospexerūt. Unde propter pctm̄ mortis chꝛi: destructi sunt iudei: atq̄ per totum mūduz dispersi. Tertio cōsiliū debet esse deliberatiuū. Quia dicit Seneca in ꝓuerbiis. Duo sunt ꝓtraria cōsilio. s. festinantia ꝛ ira. Dicit ibidē idem. Deliberandū est diu q̄cquid faciendū est semel. Sed consilium iudeoꝝ cōtra christū nō fuit deliberatiuū: sed statim audita resuscitatiōe Lazari cū festinatiōe ꝛ iracūdia cōsilium cōtra Jesum inierūt. Quarto debet esse secretū. Nā in laude romanoꝝ dicit Ualeriꝰ li. i. c. ii. q̄ consilia sic tenebātur arcana: vt multis seculis nemo senatoꝝ ea enudauerit. Dicit ibidē de pōpeyo. li. iii. c. iii. Qui dū captus esset: ꝓpus digito lucerne appositō: deinde aliis penis afflictus consilia senatus nunq̄ prodere voluit. Sed consiliū iudeoꝝ cōtra chm̄ non fuit secretū: qꝛ statim chꝛs ꝛ discipuli eius cognouerunt. Tales homicide etiam sunt illi qui cōsulunt principibus guerras ꝛ discordias: vnde multa sequanꝰ homicidia innocentū ꝛ paupeꝝ. Q̄t sunt hoies modernis temporibus occisi: submersi: in cippis iugulati in istis guerris principum: quoꝝ sanguis vt Abel in celum deum contra eos instigat: fm̄ q̄ dicit Joannes in Al-

A pocalyp. Audiui voces inquit occisoꝝ clamantium ⁊ dicentiuꝫ. Vindica sanguinem nostrum deus noster. Nota de consiliarijs superius in quarto precepto. Quarto habet fieri homicidium instigando: sicut de diabolo dicit. Joānis. viij. Ille homicida erat ab initio Sapien. ij. Invidia diaboli mors introiuit in orbem terraruꝫ. Imitantur autem illū qui sunt ex parte illi⁹. Ergo sunt imitatores diaboli qui alium instigāt ad homicidium. Quinto false iudicando De illo nota infra. Sexto false accusando sicut falsi testes: quod nota infra in sermone de iudicio.

Quarto peccant cōtra illud p̄ceptum detractores. de quibus dr de pe. distin. j. c. Homicidioꝝ tria genera docebat esse beatus Petrus ⁊ penam eorum parilem esse docebat. Sicut eñ homicidas interfectores fratrū: ita ⁊ detractores q̄z eoꝝ eosq̄z odientes homicidas esse manifestabat. Ideo dr. vj. q. j. c. Sūma iniq̄tas est fratribus detrahere ⁊ accusare. Unde scriptum est Joānis. iij. Qis qui detrahit fratri suo homicida est. Et oñis homicida nō habet partē in regno christi ⁊ dei. Et dr. xj q. iij. c. Nemo peritoꝝ aut prudētum putet q̄ min⁹ sit periculū i verbis lingua mētiendo: q̄z manibus fundendo sanguineꝫ. Hos vocat apl̄us ad Roma. j. deo odibiles dicēs. Susurrones ⁊ detractores deo odibiles. Et habet fieri multiplicit. P̄mo mala hominis recitando. Cōtra q̄s dr Leui. xix Non maledices surdo. Glo. Surdo maledicit qui absenti detrahit. Et tales assimilantur porco: qui intrat hortū amenitatib⁹ plenum: vbi ex vna pte videt flores ⁊ alia stercora: ⁊ neglectis floribus currit ad sterco ra: ⁊ rostrū i eis figit. Sic detractores virtutum flores transeūt: ⁊ stercoribus. i. peccatis alioꝝ insidunt: ⁊ semp hñt os in luto pctōꝝ. Scō modo fit bonū in malum conuertendo. De quo Esa. v. Ue vobis q̄ dicitis bonū malum ⁊ malū bonū. Si boni ieiunant: dicunt q̄ hypocrite sunt. Si elemosynā dant: vani gloriosi sunt. Si non largiuntur auari sunt. Tertio fit falsum crimen imponendo. De quo p̄s. Venenū aspidum sub labijs eoꝝ. Quoꝝ os maledictione et amaritudine plenū est. Nā sicut venenum occidit hoiem: sic detractor falsa crimina imponendo: occidit bonā famam. Quarto fit occulta revelando P̄rouer. xj. Qui ambulat fraudulenter: revelat arcana. Qui aūt fidelis est: celat amici cōmissum. Ideo hic gr̄a hui⁹ ponā quinq̄z documenta. P̄rimum. Videns solus ⁊ secrete p̄primum peccare: nō debet illud sub pena peccati mortalis revelare. Patet hoc primo: quia est contra legem nature. Matth. vij. Qd tibi non vis fieri: alteri ne feceris. Sed tuuz peccatum secretū nolles per aliū revelari. Ideꝫ Thobie. iiij. Qd tibi odis ab alio fieri: tu ipse ne alteri feceris. Secūdo est contra legem euangelij. Matth. xviij. Si peccaverit in te frater tuus: corripe eū inter te ⁊ ipsuꝫ solū. Tertio est ꝓtra ius canonicū. ij. q. j. c. Si peccaverit. Ubi dicit Aug. Si solus nosti: q̄ peccauit in te: ⁊ eū vis coram oñib⁹ arguere: nō es corrector erroris sed prodictor. Dicit archidiaconus in rosario, ⁊ alij doctores, Null⁹ debet revelare secretū qđ ipse solus scit: vel quod adhuc est occultū: etiā si p̄latus preciperet sub pena excōicationis: quia p̄lati non habēt visitare de occultis factis: sed de apertis. vt dicit Archidiaconus vbi supra. Quia si p̄latus hoc p̄ciperet tale p̄ceptū eēt ꝓtra deū. Et est notandum q̄ secretū dicit tripliciter. P̄rimo ex cognitione: vt si solus scit: peccat mortaliter qui revelat: ⁊ specialiter qñ nō seruat ordinem iuris: qui ponit Matth. xviij. Si peccaverit in te frater tu⁹ corripe eū. Sed magis peccat qui auget culpā ⁊ facit de festuca trabem: ⁊ dicit plusq̄z fuit in veritate qui est cōis error hoim. Etiam grauiꝫ peccat qui hoc facit in auribꝫ insipientū ⁊ coram leuibus p̄sonis: que vbiq̄z hoc possent divulgare. Ideo dr P̄rouerbi. xxiij. In auribus insipientū ne loquaris. Posset tñ dicere alicui persone occulte: qui posset p̄desse ⁊ nō obesse: sicut defectū filij patri: defectum serui dño: pctīm fris priori ⁊c. Secundo modo dr aliquid secretuz ex cōmissione sicut quando dicunt laici. Dico tibi hoc sub sigillo cōfessionis: ⁊ ista non est cōfessio sacramentalis: sed sigillū secreti tñ fm Holkot, super librum Sapie. Unde talis sic re-

E cipiens secretum ⁊ postea reuelās: peccat mortaliter. Prouerbio. xiiij. Qui ambulat fraudulenter: reuelat arcana. Qui autē fidelis est: celat amici cōmissum. Ut sicut fidem frāgit: qui rem repositam apud se aut sibi cōmissa: alteri dat. Ita fidem frangit: qui secretum sibi cōmissum: alteri reuelat. Et iudex vel alius prelatus non potest sibi precipere ꝙ hanc fidem frangat: quia tale secretū seruandū est de iure naturali. Nihil autem precipi potest contra ius naturale. vt patet. ff. de regulis iuris. ⁊. xj. q. iiij. c. Si domus. Item reuelare tale secretuz est contra bonū totius policie: quia facit ꝙ nullus potest de alio confiteri. Ideo quilibet tenet̄ tale secretum silere dūmodo hoc poterit silere sine pctō. Si aūt non possum sine pctō silere: non teneor illud silere: vt si quis mihi reuelaret ꝙ ipse vellet talem hominem occidere vel comburere ciuitatē: illud non teneor silere: q̄a dicit Bernardus in lib. de precepto ⁊ dispensatione. Quod pro charitate institutū est: contra charitatem militare non debet. Tertio est secretū

F ex confessione: ⁊ hoc est maximū: vt patet de peni. ⁊ re. c. omnis vtriusq̄ sexus. Ubi dicit̄ in fine. Caueat aūt sacerdos oīno: ne verbo aut signo aut quouis alio mō ꝓdat aliquaten⁹ peccatorē. Sequit̄ ibidez. Qui peccatū in penitentiali iudicio sibi detectū p̄sumpserit reuelare: non solum a sacerdotali officio deponendū decreuimus: veruz etiā ad peragendā perpetuā pn̄iam ī arctū monasteriū retrudendum. Ergo stulte faciunt sacerdotes dicētes. Hodie tale pctm̄ habui in cōfessione. Sunt etiā quidam fatui sacerdotes qui nolūt confitentē absoluere: nisi nominet personam cum qua peccauit: qd̄ est valde absurdū: q̄ q̄uis persona sit nominanda in genere dicendo peccaui cum soluta vel ligata: cum sacerdote vel monacho: non tamē licet noīare personaz ꝓprio noīe: quia nemo debet alium scandalisare in confessione. Et multa alia mala q̄ inde oriunt̄. Quod ꝓbat Cesari⁹ di. iij. c. xxxix. dicēs. ꝙ sacerdos quidam in Susacia habuit concubinā: quā adolescens quidam cōcupiscens cū ea peccauit. Id q̄dragesima vero ad eundē sacerdotē veniens: confessus est pctm̄ simul ⁊ personā. Cū au- G
disset aūt hoc sacerdos: turbatus est valde ⁊ eum ab eius amore abstrahere volēs durius arguit peccatū ⁊ aggrauauit: ⁊ penitentiam asperā ⁊ durā nimis iniūxit. Rācor iste nō sine periculo fuit. Unde īuectio tā aspera penitētia tā dura: nisi ex propalata ꝑsona. Secūdū documentū. Mala ꝓximi ꝑ infamiā reuelata: nō sunt cito credenda: sed veritate inuestigata sunt duri⁹ corrigenda. Probat̄ per illud qd̄ scribitur. ij. q. j. c. Deus omnipotens vt nos a precipitande sententie prolatione compesceret: ⁊ cuz omnia nuda ⁊ apta sint oculis eius: mala tamē zodome noluit audita iudicare prius q̄ manifeste cognosceret que dicebantur. Unde ait ipse. Ego descendam ⁊ videbo vtrū clamorē qui venit ad me: opere compleuerint: an non? Sequitur infra. Non ꝙ ea ignoraret: sed vt nobis exempluz daret ne p̄cipites in discutiēdis ⁊ iudicandis negocijs essemus: ⁊ ne mala proximoꝝ prius quisq̄ presumat ante credere q̄ probare. Hec ibi. Si igit̄ deus omnipotens noluit pctā zodomoꝝ: quoꝝ clamor vsq̄ ad celum H
peruenerat: ⁊ cui oīa cognita sunt anteq̄ fiāt credere: nisi prius probaret: multomagis nos qui sumus om̄es ignari: nullū ante veram ꝓbationē cōdemnare debemus. Ideo dicit̄. lxxxvj. di. c. Si quid de quocūq̄ clerico ad aures tuas ꝑuenerit: quod te iuste possit offendere: facile nō credas: nec te ad vindictā res accendat incognita: sed p̄sentib⁹ ecclesie senioribꝰ diligenter est veritas ꝑscrutanda. Tunc si qualitas rei poposcerit canonica districtio culpam feriat delinquētis. Hec ibi. Itē dicit̄ tertia. q. ix. c. Caueant iudices. ⁊. xj. q. iij. In cunctis. Sed vn̄ oritur ꝙ homines citius credunt malū de homine q̄ bonuz? Rn̄det sanctus Thomas scd̄a scd̄e. q. lxj. ꝙ suspitio mala orit̄ primo ex consideratione ꝓprie malicie id est s̄m ꝓpria peccata iudicat aliū. Eccl̄i x. In via stultus ambulat: ⁊ cū ipse sit insipiens om̄es homines stultos estimat. Secundo venit ex affectata inimicitia: vt quādo q̄s alteri inimicat̄ faciliter malū de ip̄o ꝓbatū credit. vn̄ ph̄s. ij. retho. Unusq̄sq̄ faciliter credit quod cupit: sed tales cupiunt

A emulis detrahere. Tertio venit ex senio ⁊
peritia. Et iō dicit philosophus. ij. Retho.
ꝙ senes sunt maxime suspiciosi tāq̄ aliorꝫ
defectus multotiens expti. Sed contra ta
les dicit̄. xj. q. iij. cap̄. In cunctis sacri elo-
quij verbis testimonium tenemus vt mala
maiora cum forsitan dicunt̄ nisi ꝓbata cre-
di non debent: sed citius ꝓbata vlcisci ⁊ c̄.
Sed quare non debemus credere cito ma
la ꝓximorꝫ? Rn̄det̄. ꝙ multi false infaman
tur. Cuius exemplū patet Gene. xxxix. de
Joseph. Quem mulier accusauit false de
adulterio. Aliud exemplū recitat Cirillus
in epistola ad Augustinū. de Siluano epi-
scopo: cuius historiā habes supra in primo
precepto: sermone quinto: in fine. Dubita-
tur. Cur deus permittit aliquando bonos
sic diffamari? Respondetur propter qua-
tuor. Primo ad exercendā patientiam. Et
sic Joseph castus de adulterio ⁊ sanctꝰ sil
uanus habiti sunt. Vn̄ Apl̄us. ij. ad Corꝫ.
vj. Oportet nos exhibere ⁊ c̄. Per bonam
famā ⁊ infamiā: vt seductores ⁊ veraces.
Scdo eueniūt false diffamatiōes ad puni-
B endū culpam occultā. Qui em̄ se non conti
net ab occulta culpa cuiꝰ non patit̄ infami
am: iuste ꝑmittit deus hominem falsis ru-
moribus flagellari in quibus non est reus.
Tertio facit ad futurorū cautelam. Si em̄
quis false notatur de crimine: hoc fit vt ca
ueat sibi verum crimē admittere. Quarto
fit ideo: quia de bona fama nimiū gloriant̄
sicut dr̄. vj. q. j. ca. Sunt plurimi qui vitā bo
norꝫ fortassis amplius q̄ debent laudant:
⁊ ne qua elatio subrepat de laude permit-
tit om̄ipotens malos in obtrectationem ⁊
obiurgationez ꝓrūpere: vt si qua culpa ab
ore laudantiū ī corde nascitur: ab ore vitu-
perantium suffocet̄. Hec sctūs Gregorius.
Tertiū documentum: magis peccant falsi
hominū infamatores q̄ rerū tēporaliū fu-
res ⁊ raptores. Patet hoc per illud quod
dicit̄. vj. q. j. ca. Deteriores sunt qui docto-
rum vitam moresq̄ corrumpunt his qui
substantiam aliorꝫ prediaq̄ diripiunt. Ip̄i
em̄ ea q̄ extra nos sunt licet nostra sint au-
ferunt nostri quoq̄ detractores ⁊ morꝫ bo
norū corruptores nosip̄os decipiunt. Hec
Ambrosius. Ideo dicit Salomon Proue.
xxij. Melius est nomen bonum q̄ diuitie C
multe. Item Eccl̄i. vij. Melius est nomen
bonum q̄ vnguēta preciosa. Ex quibus se-
quitur ꝙ auferēs nomen bonum vel bonā
famā: furatur homini plus q̄ diuitias mul
tas: ⁊ vnguenta preciosa; ⁊ sic peccat infa-
mator plus q̄ fur vel raptor. Et quāto ma
ior est persona que infamatur: tanto maiꝰ
est peccatum. Ergo magis peccat qui infa
mat sacerdotem q̄ secularē quod minus iu
ste fit: quia sacerdos potius pateret̄ absci-
sionem lingue sue anteq̄ reuelaret tua pec
cata. Non sic modo faciunt seculares: sicut
de Constantino legit̄. vt etiam. ii. q. ii. c. in
scripturis. Narrat̄ dixisse Constanti. Ue-
re si ꝓpriis oculis vidissem sacerdotez aut
aliquē eoruz qui monachico habitu circū
amicti sunt peccantē: chlamidem meuz ex-
plicarem vt cooperirem eum: ne ab aliquo
videretur. Hec ille. Sed prochdolor nunc
adeo ꝑuersi ⁊ maliciosi sunt aliqui: si vide-
rent sacerdotē aliquid facientem; nequaq̄
tegunt eum: sed mox reuelant ⁊ diffamant
īmo componunt de hoc carmina vt latius
diffamet̄. Insup plus peccant qui infamāt D
ep̄m q̄ simplicē sacerdotē: ⁊ magis papaz
aut cardinalē: ⁊ magis sanctum aut iustuz
q̄ malum aut peccatorem. Unde Petrus
Blesen̄. epistola. iiii. ad quēdam amicū su-
um scribit dicens. Res plena periculo est:
sinistra de hoīe innoxio suspicari. Sequi-
tur ibidez. Lepra infamie que sanctorꝫ affi
cit innocentiā: munda est. Nam cum exte-
rius excurrat sinistra opinio cum exterius
mētiat̄ iniquitas sibi: sanctorum anime in
manu dei sunt. Justiq̄ ꝟba exterioris con
tumelie contēnentes: de thesauro ꝯsciētie
sunt securi. Nota in christo huius lepre ve-
stigia q̄ a capite ī membra a patre in filios
deriuat̄. Curabat dn̄s languentē ⁊ viola-
tor sabbati dicebatur. Non est dicebant hic
homo a deo qui sabbatū non custodit. Eii-
ciebat demones: ⁊ hoc maleficiis ascribe-
bant. In beelzebub principe demoniorum
inquiunt eiicit demonia. Nūc samaritanū
nunc eum esse filiū fabri vocant. Hec ille.
Insup est maius peccatū infamare virgi-
nem q̄ simplicē mulierē: sicut quidam glo-
riant̄ se violasse talē vel talē virginē: sicut

E faciũt illi potatores in tabernis. Etiam est maius pctũ infamare magistrũ ciuium q̃ simplicẽ ciuem. Consulatũ vel ciuitatẽ aut patriã sicut multi dicũt. In tali patria sunt multi latrones: ꝛ in tali multi fures ꝛc. Et magis peccant q̃ infamant regem q̃ militem. Ideo dicit Petrus bleseñ. vbi supra Uerba quibus vita principũ deprauat: occultari non possunt: atq; in publicum deducta: magnã tamen suscitãt dedignationẽ: ꝛ ab auctoribus suis cõuertunt in malũ. Salomon dicit. Ne detraxeris principi in occulto: aues enim celi portabunt verbum: ꝛ qui habẽt pennas annũciabunt sententiã. Indignatio regis nũcius est mortis. Hec ille. Ex his sequitur q̃ infamator maiorez debet facere penitẽtiam q̃ fur: quia aufert maius bonũ. quia ſm mẽsuram delicti debet esse plagaꝛ modus. Deutero. xxv. Secundo sequit. Sicut nõ potest penitere fur vel raptor nisi restituat. vt patet. xiiij. q. vj. c. Si res reddi potest ꝛ non redditur: pẽnitentia non agitur sed simulatur. ꝛ de regulis iuris. libro. vj. Pctũ non dimittitur: nisi res ablata restituat. Sic nec multominꝰ F infamator nisi restituat famaz. Sed posito casu q̃ aliquis aliquẽ infamet in verbis: sicut q̃ b. videret a. adulterari cuz c. ꝛ ꝟ nullus sciat nisi b. a. ꝛ c. Tunc b. dicit publice q̃ a. fornicatus sit cum c. Querit vtrum b. teneat a. reddere famã? Et videtur q̃ non quia b. non potest in tali casu a. reddere famam suam: nisi retractãdo dicta sua. Sed hoc faciendo loquitur cõtra conscientiam suam: mentiretur. Et mentiri nõ debet propter tuendã vitaz propriã. vt patet. xxij. q. ij. Si q̃libet culpa. Respondet magister Johannes cleincock. sup. iiij. sniaꝛ. di. xv. dicens: q̃ talis tenet reddere famam suã alteri: sed nõ simpliciter retractãdo: sed dicẽdo. Male dixi falsc imponẽdo sibi. Et hoc est verum: quia dixit quod probare nescit. Quartũ documentũ est: q̃ quilibet diligẽter debet gerere curam vt bonam exteriorem habeat famam. Probatur illud Eccli. xli. Cura habe de bono noĩe. Hoc enim magis pmanebit tibi q̃ mille thesauri magni ꝛ preciosi. Prouerbio. xxij. Melius est nomen bonum q̃ diuitie multe Ecclesiastes vij. Melius est nomen bonum q̃ vnguenta pciosa. Patet etiam illa probatio per oppositum scz per infamiã. Nam infamia est valde periculosa in homine. Nã primo est dignitatis exclusiua. vt patet in regula iuris. libro. vj. Infamibus porte dignitatis patere non debent. Secũdo est morum corruptiua. Nã habens bonã famam assimilatur candele: q̃diu est accensa est delectabilis: sed quando est extincta intantũ fetet q̃ mortificat fetor ille fetum in vtero pregnãtis ſm Aristo. v. de animalibus. Et sic habens bonam famã lucet verbo ꝛ exemplo. Mathꝫ. v. Sic luceat lux vestra coram hominibus vt videãt opera vestra bona ꝛ glorificent patrẽ vestrũ qui in celis est. Sed extinctus in fama fetet intantum q̃ mortificat fetũ boni operis in corde proximi. Tertio est difficulter abstersiua. Unde Poeta. Que semel horrendis maculis infamia nigrat: ad bene tergendum multa laborat aqua. Quarto est bestialitatis indicatiua: q; dicit salomõ. Crudelis ẽ q̃ negligit famã suã. Jõ fatue dicũt illi: q̃ dicunt. Non curo q̃d hoĩes de me dicãt: dũmõ ego bonꝰ sum B Dc quibus. xj. q. iii. ca. Nõ sunt audiendi sive viri sive femine: qui quando reprehenduntur in aliqua negligẽtia scz non ostendendo bonam famam: per quam fit vt in malam veniant superstitionem: vnde suaz vitam longe abesse sciant. Sequitur infra. Quisquis a criminibus vel flagitiorum atq; facinorum vitam suam custodit: sibi bene facit: quisquis autez custodit famam suam: ꝛ in aliis est misericors. Nobis eñ necessaria est vita nostra: aliis autẽ fama nostra. Hec Augustinus. Idem dicit Hieronymus. ꝛ ponit. xi. q. i. capi. i. Nolo si dixeris: sufficit mihi cõscientia mea: habeo dominũ iudicẽ: qui conscientie mee testis est: non curo hoĩes. Audi apostolũ. Prouidemus autem bona: nõ solum coram deo: sed etiaz coram omnibus hominibus. Sequitur primo q̃ quilibet non debet suam propriaz infamiã tolerare: sed se quantocitius poterit expurgare. Probat hoc: quia dicitur extra de purga. ca. c. nos inter. q̃ infamatus apud bonos ꝛ graues viros vndecunq; ortã sit infamia: dũmodo a malivolis non sit

A etiam si nullus appareret accusator se pur-
gare est compellendus. Glosa ibidem idem
dicit. ⁊ ibidem. ca. cum dilectus. ⁊ .ij.q.iiij.
ca. presbyter. ¶ Ideo diffinitur purgatio
sic. Purgatio est obiecto crimine: innocen-
tis ostēsio: ⁊ est duplex. ¶ Primo vocatur
purgatio canonica: ⁊ habet fieri per iura-
mentum. extra eo. cap̄. quotiens in hac for
ma: ꝙ infamatus iurabit se immunem a cri
mine quo infamatur: ꝙ nec per se nec per
submissam personam nec aliquis pro eo se
sciente cōmiserit illud. Deinde cōpurgato-
res iurabunt super sancta dei euangelia:
ꝙ credunt ipsum verum iurasse. vt patet
extra eo. ti. ca. de testibus. Episcopus pur-
gabit se cum duodecim sui ordinis. Sacer
dotes cū septem: diaconꝰ cū tribus. vt pa-
tet in decreto in multis. c. ij. q. j. ⁊ tales de-
bent esse bone fame. extra de purga. ca. c.
quotiēs. Sed olim quidā se purgabant mi-
raculose: sicut legit̄ de sancto Brictio: qui
fuit innocens probatus per puerū tringin-
ta dierū: vt patet in legenda sua. Sed alie
B dicunt̄ purgationes vulgares: vt inire du-
ellum: ⁊ portare ferrum candens: ⁊ iurare
super manū mortui abscisam. Iste purga-
tiones ꝓhibite sunt. Primo ideo: quia deꝰ
ibidem tentat̄. Contra quod Deut. vj. Nō
tentabis dn̄m deū tuū. Scd̄o qr̄ false sunt:
vtz extra de pur. vulga. c. significātibꝰ. Ibi
allegat̄ casus: ꝙ quidā de furti crimine ac-
cusatus: coactꝰ est inire duellū. In q̄ alijs
peccatis suis ꝓpedientibꝰ cecidit: ⁊ postea
furtū apud alienos est inuentum. Sic etiā
de iudicio ferri cādentis sepius contingit:
ꝙ vrit aliqn̄ innocentē propter quedā alia
occulta peccata. Propter quod i. c. dilecti.
ibidē inhibet̄. Nec valet argumentū: ꝙ da-
uid pugnauit cum golia. vtz. j. Regū. xvij.
quia hoc nō est trahēdum in exēplum. Pu-
gnauit etiā cum leone. vt ptz ibidez. Si q̄s
hoc iam faceret esset infamis, vt ptz. C. de
arenarijs. Insup lex impialis ꝓhibet. C.
de gladi. l. vnica. Quintū documentū: qui
nō potest se ab īfamia expurgare debet eaz
patienter propter meritū tolerare: probat̄
ꝑ illud Mat. v. Beati eritis cum maledixe
rint vobis hoīes mentientes ꝓpter me: ⁊
dixerint omne maluz: gaudete ⁊ exultate:
quoniā merces vestra copiosa est in celis. C
Cuius exēplum patet in sancta Marina:
de qua nota in fine vitaspatrum.

Octauo peccant cōtra illud p̄ceptum
iudices falsi innocentem condemnā
do: ⁊ non seruādo iuris ordinem: si-
cut Pilatus ꝯtra christū. de quo Lu. xxiij.
Adiudicauit fieri petitionem eoꝝ. De qui-
bus Sapiē. vj. Cum essetis ministri regis
illiꝰ nō recte iudicastis neq̄ custodistꝫ legē
iusticie: neq̄ ꝑm volūtatē dei ambulastis.
Et tales iudices tenent locum diaboli: si-
cut veri ⁊ boni locum dei. vt ptz de sentē. ⁊
re iudi. ca. vlti. Ideo dicit̄. ij. Paral. xix.
Cōstituit Josaphat rex Juda iudices ter-
re: precipiens eis. Uidete q̄d faciatis. Non
em̄ hominis exercetis iudiciū sed domini.
Et quodcunq̄ iudicaueritis: in vos redun
dabit. Sit timor domini vobiscū: ⁊ cum di-
ligentia cuncta facite. Non est em̄ apud de-
um nostrū iniquitas nec ꝑsonarū acceptio
nec cupido muneꝝ: quia si iudex iniuste iu-
dicauit scienter deliberate tenet̄ p̄cise reo
ad omne interesse: nisi posset inducere illū
pro quo tulit sn̄iam ad plenariā restitutio- D
nem. vt patet. C. de pena iudi. l. vltima. Et
debet insup tanq̄ pro grauissimo crimine
imponi sibi penitētia. xij. q. iij. ca. quicunq̄.
Et si est iudex eccl̄iasticus suspēsus est per
annū ab executione officij: ⁊ si suspensione
durāte ingerit se diuinis efficietur irregu-
laris: ⁊ nō nisi per papam absolui poterit.
vt ptz extra de sentē. ⁊ re iudi. c. cū eterni.
libro. vj. Si false innocentē iudicat aliquē
ad mortem: in caput iudicis redundabit.
Sciendum ꝙ sunt quinq̄ persone tanq̄ ho
micide habēde in iudicio peruerso scz. Ut
sunt vindicatiui rancoris ⁊ impatientie.
Appetitiui honoris ⁊ reuerentie. Judices
iniqui. Ministri peruersi. Testes falsi. Pri-
mi sunt iudices ⁊ prelati vindicatiui ran-
coris ⁊ sapientie: testes em̄ ostendūt se esse
amatores iusticie: ⁊ nō sunt. Contra quos
Sap̄. vj. Horrende ⁊ cito apparebit vobis
quoniaz durissimū iudicium fiet in his qui
p̄sunt scz ira ⁊ rancore. Nam inter malas
passiones que in iudice esse possunt: est ira
⁊ odium: quia ira impedit animum ne pos-
sit discernere verum. Unde Sen̄. lib. j. de

E rancore ⁊ ira: de quodã malo iudice ⁊ Tyranno: qui furore accensus damnauit ad mortẽ tres milites innocentes p hunc modum. Unum iussit occidi: quia de via redierat sine socio: imponens ei q eum interfecerat. Preceptiq; statim cuidã militi astanti vt eum duceret ad locum supplicij. Cum aũt esset eductus: rediit miles socius eius sanus ⁊ incolumis: pro quo alius plectens ducebaꝯ. Uidẽs aũt ille tertius miles qui primũ ducebat rediit ad iudicem ⁊ ambos milites coram eo pſentauit. Quos vt vidit tyrannus furore accẽsus iudicium tale dedit. Primo dixit. Te iubeo occidi: quia missus es occidere: ⁊ imperatori nõ obedisti. Secundo dixit. Te iubeo interfici: quia damnatus es. Tertio siliter dixit. Te iubeo occidi: quia causa mortis tui cõmilitonis fuisti. O q̃ mala est iracũdia ⁊ inuidia in prelatis ⁊ iudicibus: qa tres hij damnati sunt ꝓpter vnius innocẽtiam. Jdeo cõqueritur Boetius li. ij. de consol. metro. vj. di. Deu grauẽ sortem quotiens iniquus additur seuo gladius veneno ⁊ c. Et loquit ibi de nerone qui occidit multos romanos: imo ꝓpriam matrem vt videret locum sue conceptionis: etiã ꝓprium fatrẽ suũ. Jdeo dicit Boetius vbi supra. Nouimus quãtas dederit ruinas vbe flãmata patribusq; cesis fratre qui quondam ferus interempto effuso matris maduit cruore. Interfecit etiam ꝓprium magrm suũ scz Senecã: qui q̃dam presagio sortitus est tale nomẽ. Et dicit q̃li se necans. Quia dixit sibi Nero q debebat mori: ⁊ q eligeret genus mortis. Tũc elegit q in balneo vellet aperire oẽs venas ⁊ sic effundere totum sanguinẽ. Et hoc faciens in tali effusiõe sanguinis mortuꝰ est. Talis falsus iudex ⁊ sui sequaces multos innocẽtes chrianos occiderũt. Tales etiã sunt illi prelati q in ira ⁊ furore exequũtur suas sentẽtias. Cuius exẽplum ptz in Theodosio. ⁊ ponit in ecclia stica hystoria lib. ix. ⁊ habet. xj. q. iij. c. Cũ apud thessalonicã. id est nunc bononiã vel thesauloniã ciuitatem quidam iudices fuissent lapidati. Indignatus Theodosiꝰ omnes passim interimi iussit. Ubi septem milia sunt occisi: non precedente iudicio. Uulꝰ autem cladis errorem audiens beatus Ambrosius cũ princeps venisset mediolanũ in tẽplum: occurrit ei beatus Ambrosiꝰ ⁊ ipsum reprehẽdit dicens: q indignus esset sacri templi limina calcare: nec illud eum debere intrare ꝓpter necem illoꝝ viroꝝ. Et dixit imperatori. Recede nephande: ⁊ suscipe vinculum quo ligauit te olim deus. His auditis gemens obediuit imperator dicẽs ad Ambrosium. Tuum est impedimenta imponere: meũ est sustinere. Et cuz imperator allegaret dauid adulterũ ⁊ homicidã fuisse. Rñdit Ambrosius. Secutus es errãtes: sequere ⁊ penitentes: ⁊ cum excõicatione sustinuisset per octo menses: eũ absoluit. Et fecit eũ scribere decretũ q nunc̃ exequeretur in causa sanguinis mandatũ imperatoris nisi post triginta dies. Jdeo dicit Jacobus in canonica sua: q ira viri dei iusticiam non operat. Secundi sunt appetitiui honoris ⁊ reuerentie: ⁊ tales sunt reges principes ⁊ ꝓlati qui nolunt habere consortes in regimine: ⁊ occidunt fratres: nepotes: cõsobrinos ⁊ alios de parẽtela. Cuiꝰ exemplũ patuit in Abimelech. Judicũ. ix. ca. Ubi dicit q Gedeon dux populi israel habuit septem filios legitimos: ⁊ vnum de concubina: qui dictus est Abimelech. Qui mortuo patre anhelauit ad regnũ qõ frẽs sui iam pacifice possidebãt. Accessit autem ad ciuitatẽ Sychẽ vbi ⁊ vnde erat mater sua: ⁊ vocatis ad se attinentibus ⁊ consanguineis dixit. Uos scitis q ego sum os ⁊ caro vestra: melius est vt regnũ p vnũ gubernet q̃ p septẽ: quare instituatis me dominũ vrm: qõ factũ est. Et accessit cuz multitudine ad domũ pris sui: ⁊ occidit in dolo septẽ fratres suos vt solꝰ regnaret. Propter cuius maliciã multe ciuitates recesserunt ab eo: inter quas fuit oppidũ thebes: vbi obsidens turrim ad quam nobiles fugierũt: ⁊ eã ipse volens succẽdere ignem ad ostium aduexit. Et ecce vna mulier fragmen mole desuper proijciens fregit caput eius. Et statim vocauit ad se armigeruz dicens. Occidas me gladio: ne dicat q vna mulier interfecit eũ. Sic attalia oñe semẽ regiũ deleuit: vt ipa sola regnaret. vtz. iiij. Reg. xj. Sic Romulꝰ interfecit frẽm suũ vt

A solus regnaret in ciuitate romana. vt ptz vij.q.j.c.in apibus. Sic Henricus rex dacie inclitus ab abel minori suo fratre vt regnaret p eo in mari suffocat. Et hoc anno dñi.M.ccl. sm Martinū in chronica sua. Sed ille idem a frisonibus interfectus est: quos voluit subiugare sequenti anno. Sic etiā recitatur de regno danor: q interfectis.xxix.regibus per populū:cesar eis regem dare debuit. Qui negauit illis dare regē hoiem:sed dedit eis canem pro rege: quē oportuit vt venerarent vt regem. Sic adhuc hodierna die filij occidūt parētes: vt habeant eor bona z hereditatē. Tertij sunt iudices iusticie executores sine ꝓuio examine. Sunt em quidaz iudices z plati qui vt videantur iusticie zelatores occidūt z suspēdunt malefactorē sine ꝓuio iudicio penitētiali. Tales sunt homicide nō solum corporis sed etiā anime. Contra tales dicitur de peni. z remis.c.cū sm statuta in cle. vbi dicitur. Cum sm statuta canonica vltimo deputandis supplicio negari si petant non debeat penitētie sacramentū abusum B dānabilē in quibusdā partibus contra hoc introductū aboleri oīno volentes iusticiarios oēs z dños tales: vt ab hmōi desistant abusu: hortamur in dño z obsecramus p viscera miscōie Jesu chr̄i. Locoruz nihilomin9 ordinarijs iniungentes: vt eos ad hoc vt cum primuz cōmode poterint diligēter monere: z si necesse fuerit ecclastica censura compellere nō obmittant. Hec ibi. Immo possunt cōicare sicut alij chr̄iani morituri cū viatico sicut moris est in italia fieri p biduū ante eor mortē. Etiā corpora illor pñt sepeliri in cimiterio cū alijs chr̄ianis. vt ptz.xiij.q.ij.c. Quesitū est nobis ab aliquib9 fribus de his qui in patibulis suspendunt p suis sceleribus post confessionē deo peractā: vtrū cadauera eoruz ad ecclias deferenda sint: z oblationes p eis chr̄o offerēde z misse celebrāde aut nō. Quib9 ita respōdem9. Si de omnib9 pctis suis puraz cōfessionem agentibus z digne penitētibus cōmunio in fine sm p̄cepta canonica danda est: cur canones cōmunionē z sepulturā eis interdicunt: qui pro peccatis suis penā extremā persoluunt z cōfitent vel confiteri desiderant. Scriptuz est em scz Naum.i. Non iudicabit deus bis in idipsum. Hec ibi. Possunt ergo deponi iudicio z sepeliri: sed hoc debet fieri de licentia iudicis secularis. vt ptz.ff.de cadauer ribus punitor.l.ii. Sic etiaz grauiter peccant tanq̄ homicide: qui sine ordine iudiciario malefactorē interficiunt. quia dicit Actuū.xxv. Dixit Festus p̄ses. Nō est consuetudo romanis dānare aliquē hominez priusq̄ is qui accusatur p̄sentes habeat accusatores: locūq̄ defendēdi accipiat ad abluenda crimina. Ideo tanq̄ homicide peccant illi qui occulte suos cōsanguineos interimunt ne publice iudicent in eor confusionē. Patet hoc q gētiles neminem solebant dānare: nisi haberet locum se defendendi in iudicio. Ergo peiores sunt q̄ gentiles. Sequitur etiam q grauiter peccāt illi p̄ncipes z dñi terraz qui per assessiuos id est occultos homicidas pmittunt homines occidere. Contra quos dicit de homicidiis.xvi.ca. Pro humani generis redemptione oēs tales incidunt in sniam excōicationis: z deponit eos ab oēi honore ordine officio vel beneficio ipso facto. Primo interfici faciens per assessiuos. Scōo mandās hoc licet mors inde nō sequat. Tertio casus est receptās tales assessiuos. Quarto defendens eos in iudicio: etiā solo verbo. Quinto occultās eos. Et omnes isti sunt excōicati ipso facto z tanq̄ homicide iudicandi. Ratio hui9 est: quia ordo iudiciarius requirit cause discussionē. Job.xxix. Causam quā nesciebā diligentissime inuestigabam. Cui9 exēplum ptz in dño nro Gene. xviii. Clamor inquit sodomor z gomorre orum multiplicatus est nimis: z pctm eor grauatū est nimis. Descendam inq̄t et videbo vtrū clamorē qui venit ad me: opere adimpleuerint an non. In hoc dedit exemplum iudicib9 q̄uis omnia sciuit: tamē descendere voluit z videre: dans nobis exēplum q mala p̄mi non debem9 cito credere: sed probare an verū sit. Aliud exemplū habemus in dño nostro Jesu chr̄o ioan.viii. q̄ diligenter discussit causam mulieris adultere quam pharisei accusabāt. Primo inclinans se deorsum digito scri-

E bebat in terra. Et rursus se erigens dixit. Qui sine pctō est vestrū primus in illam lapidem mittat. Ecce q̄z diligenter causam discussit. Ideo dicit Gregorius. xix. Moralium. q̄ maiora crimina tardius credenda sunt cum audiunt̄ & citius puniēda cum veracius cognoscuntur. Ponens ibi exemplū de putiphare q̄ nimis credulus verbis coniugis innocētem Joseph incarcerauit. vt ptz Gen. xxxvj. Sic heu multi iniuste ad mortem damnantur. Quia causa nō bene discutit̄. Cuius exēplum recitat Cirillus in epistolis ad beatum Augustinū de duobus iuuenibus rhomanis volentib⁹ sepulchrum & corpus gloriosi Hieronymi visitare. Cum aūt iuuenes venissent ad cōstātinopolitanam vrbem: a pud eosdē cōtigit duos homines interimi: quoruz mortis rumore rustici ibidē congregregati quis hoz interfectoz esset ceperūt pquirere: & neminem adesse nisi predictos iuuenes viderūt quos tenuerunt ab eisdē homines foz interfectores. Mirātur iuuenes ignari hoz se nil scire totis viribus iurabant. Illi pro nihilo eoz ꝑba reputātes duxerūt eos ad vrbē cōstātinopolitanā. Qui tormentoz rigore confessi adducunt̄ more solito decollandi. Flentes iuuenes dicebant. O beate Hieronyme hoc tale ne est pmiuz quod obsequētibus te pstas? nec est vere tale qđ labore tui itineris meruimus? Ducti autē ad locum supplicij flexis genibus & manibus eleuatis in celū: magna voce inquiūt. O hieronyme nr̄e salutis & auxilij portus nostreq̄ spei anchora saluberrima in hac hora nostris indignis supplicationibus pias aures inclina. Quod si fecimus malum puniamur: si nautem tuis auxilijs liberemur. Qui colla extenderunt carnificibus nil aliud dicentes: succurre o glorioſe Hieronyme. Carnifices colla eoz ferūt: & ad colla percussionū signa vti porphirici lapidis respiciunt. Mirantur carnifices credētibus se ictibus fefellisse. Denuo enses eleuant & fortiꝰ feriunt. Sed vt prius colla eorū vt palee iuuenes sentiūt. Orit interim inter astantes admiratio & stupor. Putantes iudices & carnifices hoc fieri ex maleficijs p̄cepit iudex ministris oīm mora posita arsuros. Igit̄ ignis copiosus mox accendit̄: infundit̄ oleū & pix vt vita eorū citius destruat̄. Sed qui protexit iuuenes ab ensibus etiā ab igne potuit ptegere. Positi igit̄ in ignē: flāma sursum scādit: & in tali igne velut in ameno viridario requiescebant neq̄ in capillis aut vestib⁹ lesi fuerūt. Tunc iudex nesciebat vtz hoc ascribendū sit miraculis aut maleficijs cupiēs expiri. Si inqt hi octo dieb⁹ suspensi viuerēt: quo vellent abirent soluti & liberi censuit. Suspensis itaq̄ illis mox Hieronymi glorioſi p̄sentia minime defecit qui plantas peduz eoruz manibus tenens illesos statutis diebus seruauit. Currunt ergo octauo die viri ciuitatis & iudex: & cernūt clare miraculū glorioſi Hieronymi & laudes i excelsis peragunt creatoꝛi & Hieronymo. Moz deeculeo innoxij iuuenes deponunt̄ & maximis obsequijs honoz ab omni populo veneranꝰ: & vrbem intrauerūt cum maximo gaudio. Tandē in bethleem venerunt & depositi seculari habitu cenobium glorioſi Hieronymi intrauerunt: & visitantes reliquias ibidem deo & sancto Hieronymo seruierunt. Dubitatur vtrū iudex sciens hominem innocentē iudicare debeat fm allegata & probata & cōdemnare eum ad mortē quē scit certitudinaliter innocentē. Rñdēt quidam q̄ sic: quia scit illū innocentē vt priuata persona non vt iudex vel vt persona publica. Et probant ergo per canonē. iij. q. vij. c. Judices. Ubi dicit Ambro. q̄ bonus iudex nihil de arbitrio suo facit & domestice proprie voluntatis sed iuxta leges & iura pronunciat qui iudicat non voluntati sue obtēperare debet sed tenere quod legū est. Item in ore duoz vel trium stat omne testimonium. Deute. xix. Sed contra. Ex hoc sequeret̄ q̄ Pilatus dando sentētiam contra chm̄ non peccasset: quē tamen certitudinaliter cognouit esse innocētē: vt cōcordant euangeliste cum expresse diceret. Ego nullā causam inuenio in homine isto. Item innocens ego sum a sanguine iusti huius. Sed nullus diceret q̄ Pilatus non peccasset q̄ tñ iudicauit fm allegata & probata. Ideo. xxiij. q. v. c. Si non licet priuata potestate alicui hominē occidere inno-

centem: cuius occidendi licentia lex nulla
concedit ꝓfecto etiam qui seipm occidit ho
micida est ⁊c. Itē iudiciuz humanū debet
se cōformare cū iudicio diuino in omnibus
actibus vbi non cadit miraculuz: sed deus
iudicat ꝑm veritatem ⁊ non ꝑm falsitatem
siue falsas allegationes: ergo ⁊c. Item iu
dex in iudicio tenet locum dei qui est pri=
mus iudex ⁊ principalis viuoꝝ ⁊ mortuo=
rū. Sed deus in iudicio prohibet interfice=
re innocentē ex̄tūcunq; i iudicio phibet cō=
tra eū. vt ptz Exod. xxiij. vbi dicit. Nō susci
pies vocē mendacij nec iungas manum vt
ꝑ impio dicas falsum testimoniū. Non se=
quaris turbā ad faciendum malum: nec in
iudicio plurimoꝝ acquiescas sententie vt
a vero deuies. Et ibidez subdit. Insontem
⁊ iustum non occides. Prouerbio. vj. Sex
sunt que odit deus. s. oculos sublimes ⁊ ma
nus effundētes sanguinem innoxium ⁊c.
Peccat ergo iudex si scit innocentem ⁊ in=
terficit eū: potius deberet renunciare offi
cium suū: q̄z occidere innocentē vel suspen=
dere sententiā ⁊ veritatem clarius ac astu
tius inuestigare ⁊ eoꝝ falsitatē manifesta
re. Ad argumentū in oppositum est dicen=
dū q̄ est verū quādo testes veri sunt ⁊ non
falsi. Secundo ordo iudiciarius requirit
in reo cause iuste impositionem scz propter
quā lex iubet hominez occidere: quēadmo
dū dr. Exodi. xxiij. Maleficos nō patieris
viuere. Sic oēs iudices tyranni interfi=
cientes martyres ⁊ apostolos fuerunt pes
simi homicide: q̄a causa fuit iniusta scilicet
ꝓpter iusticiam vt Abel: vel propter veri=
tatem vt Esaias Hieremias ⁊ Joannes
Baptista. Vel propter defensionem eccle=
sie ⁊ libertatis eius: vt sanctus Thomas
Canthuariensis. Vel propter fidem vt lau
rentius Sebastianus Adrianus ⁊c. Hec
Christus eis prophetauit. Joannis. xv.
Veniet hora vt omnis qui interficit vos ar
bitretur se obsequium prestare deo: vel ꝓ
pter legem quā nolebat trāsgredi: sicut ma
chabei. vt ptz. ij. Machabe. vij. Ibi narra=
tur qualiter fuerūt martyrisati q̄ noluerūt
comedere carnes porcinas. Sic etiam nar
rat Grego. in. iij. lib. dia. q. xl. christiani in=
terfecti fuerūt qui noluerūt comedere car=
nes imolaticias. Ibidem alij. xl. interfecti
fuerunt a longobardis: q̄ noluerūt adora
re caput capre: q̄ ipsi prius adorauerunt.
Tales sepius a deo puniti sunt. Cui⁹ exē=
plū ponit ibidez Gregorius in. iij. dialo. de
sanctulo. Cum quidaz diaconus ducebat
a longobardis: quē interficere cogitabant
petijt idem sanctulus q̄ ei virū dei darent
quod oīno facere negauerunt. Petijt tan=
dem vt sibi ad custodiā darēt. Respōderūt
Eum tibi damus ea cōditione interposita:
vt si ipse fugerit q̄ pro eo morieris. Quod
vir dñi libenter accipiens: p̄dictum diaco=
num suscepit in nocte media: ⁊ cum longo
bardos graui somno depressos cerneret ex=
citauit eum dicēs. Surge ⁊ fuge. Liberet
te deus omnipotēs. Rndit. Si ego fugero
tu ꝑ me morieris. Respōdit. In manu dei
sum: tantū in me pnt facere quantū ipse p=
miserit. Fugit igit diaconus ⁊ permānsit fi=
deiussor. De mane vero petierūt ab eo dia
conū quē sibi dederunt. Rndit eū fugisse.
Tūc dixerūt. Morieris pro eo capitali sen
tētia. Et ex oībus viris electus est vn⁹ de
quo dubiū non esset: q̄n vno ictu caput ei⁹
abscideret. Sed sctūs vir statim ad sua ar=
ma cucurrit: ⁊ petijt vt sibi orandi paululū
licentia daretur. Consensum fuit sibi. Qui
in terra se pstrauit: ⁊ adorauit deum. Tūc
carnifex electus cum calce pulsauit dicēs
ei. Surge ⁊ extende ceruicē. Qui surgens
ceruicē extendit: ⁊ videns spatā contra se
dixit. Sancte Joannes suscipe ictū. Tunc
carnifex cuaginatū gladiū tenens nisu for
ti brachiū in altum eleuauit fortiter pcus=
surus: sed deponere nullo modo potuit: ⁊
erectū in celum gladio brachium inflexibi=
le remansit. Tunc omnes longobardi q̄ ad
spectaculum illud venerāt mirari ceperūt:
⁊ virū dei venerari cū timore ceperunt: ⁊
dixerūt q̄ surgeret postulātes vt brachiuz
carnificis sanaret. Et negauit dicens: ego
pro eo nullo modo orabo: nisi mihi antea
iuramentum dederit q̄ cū manu illa nunq̄
christianū hoiem occidat. Facto iuramen=
to vir dei precepit ei dicens. Depone de or
sum manum. Qui statim deposuit brachiū
⁊ sic sanatus est. Et sic patet q̄ non est le=
ue peccatū occidere hominē innocentē si=

E ne causa iusta: sed ecōtrario nō est paruuz peccatum dimittere hoiem dignum morte ab his qui habēt potestatē. sicut patet. iij. Regum. xx. vbi dicit ꝓpheta ad Achab regē israel. Hec dicit domin⁹: quia dimisisti virum dignū morte de manu tua: erit aīa tua p aīa eius. Et popul⁹ tuus p populo eius. Sic faciunt iudices moderni ꝛ domini terrarū. Capiūt pecuniā ꝛ dimittūt maleficos viuere. Dubitatur vtrum iudex potest aliquē iudicare: vbi non sit aliquis accusator. Respōdet Thomas scōa secūde. q. lxvij. arti. iij. dicens. ꝙ iudex est interpres iusticie. Ideo dicit pħus. ij. ethīc. Ad iudicem confugiunt sicut ad quādā iusticiā aīatam. Justicia autē non est ad seipm: sed ad alterum. Ideo oportet ꝙ iudex inter illos duos iudicet: quod fit cū vn⁹ est auctor ꝛ alius reus. Ideo in criminibus non potest aliquem in iudicio cōdemnare: nisi habeat accusatorem. ſm illud Actuū. xxv. Non est cōsuetudo romanis aliquē hominem condēnare priusq̄ is qui accusat presentes habeat accusatores ꝛ locum defendēdi accipiat ad abluenda crimina que ei obiciuntur. Nihilomin⁹ tamen interdum infamia habet locum accusatoris. Unde sup illud Genes. iiij. Vox sanguinis fratris tui clamat ad me. Dicit glosa. Euidentia patrati sceleris nō indiget voce accusatoris. vt ponitur in Cano. euidentia. extra de accusa. Dubitat secūdo: vtrū iudex possit licite penam relaxare? Rñdet Raymūdus ꝛ Thomas vbi supra. arti. iiij. dicens. ꝙ duo sunt q̄ctum ad ꝓpositū ptinet cōseruāda. Quorū vnū est: ꝙ ipe habet iudicare inter accusatorē ꝛ reum. Aliud aūt est ꝙ ipse nō fert iudicij sniam quasi ex propria: sed quasi ex publica potestate. Duplici ergo ratiōe impedit iudex vt reum a pena absoluere non possit. Primo ex pte accusatoris: ad cuius ius q̄ſq̄ pertinet vt reus puniat: puta propter iniuriā in ipsum cōmissam: cuius relaxatio non est in arbitrio alicui⁹ iudicis: ꝙa quilibet iudex tenet ius suuz reddere vnicuiq̄. Alio modo impedit ex pte reipublice cuius potestate fungit: ꝛ ad cuius bonū ptinet ꝙ malefactores puniant. Sed tū q̄ctū ad ħ est differētia int̄ inferiores iudices ꝛ supmū. s. ꝓncipē: cui ē plenaria ptās publica cōmissa punire. Judex em̄ inferior nō habet ptātem absoluēdi reū cōtra leges a superiori ipositas. Ūñ sup illō Joā. xix. Nō haberes aduersum me vllaz potestatē: nisi tibi datū fuisset ꝛc̄. Dicit Aug. Talē deus dedit potestatē pilato: vt esset sub cesaris potestate vt ei oīno liberū esset accusatum absoluere. Ergo ꝓnceps q̄ habet plenā potestatē in republica: si ille q̄ passus est iniuriā velit remittere: licite possit eū absoluere: si hoc publice vtilitati nō viderit esse nocumentū. Si aūt inordinate remitteret penā cōtati noceret cui expedit maleficia punire. Noceret etiā psone cui illata est iniuria q̄ recōpēsationē p penā accipit iniuriātis. Tertio req̄rit ordo iudiciari⁹ rei auditionē. ſm illō Deute. j. Ita puū audietis sicut magnū: nec personā cuiusq̄ accipietis quia dei iudiciū est. Itē patet p illud Act. xxv. tam allegatum. Ubi Festus preses regi indicauit de paulo dicens. Uir quidam est derelictus a felice vinctus: de quo adierunt me principes iudeoꝝ postulantes eū dānari. Ad quos respōdi: q̄ non est cōsuetudo romanis dānare aliquē hoiem prius q̄ is qui accusat presentes habeat accusatores locū defendendi accipiat. Ex hoc patet illi qui occulte interficiūt malefactores homicide sunt de quib⁹ dictū est superius. Dubitat: vtrū iudiciū illud secretū q̄ō vigere dicit in vuestphalia ꝛ laica lingua noīatū de vēme. sit licitū? Et arguit ꝙ nō: quia princeps nō debet esse maioris crudelitatis q̄ illi q̄ crucifixerūt chīm ꝛ damnauerūt. Sed illi audierūt chīm. vt ptz in euāgelio Cū dixit pilatus. Nō respōdes ad ea q̄ tibi obiciunt ab his? In cōtrariū est illud statutū q̄ō potuit princeps statuere: quod cū statutū sic tolerat ab eccl̄ia. et cui⁹ scabini sunt prelati eccl̄ie: ꝛ archiepi ꝛ epi ꝛ munitum inuenit literis imperatoris ꝛ bullis aureis. Sed lex siue iudicium supra dictū est hmōi ꝛc̄. Respondetur: ꝙ aliqui volentes iustificare illud iudiciū secretū: dicunt ipsum esse iustū ꝛ equum. Primo propter bonū quod ex eo prouenit: quia magna est emēdatio cōitatis: quia valde multa transierunt impunita: sicut periuriū: subtractio

seruoꝝ a dño: ⁊ peccatū contra naturā: ⁊
A multa similia. de qb⁹ aliquādo certuz est ꝙ
sunt cōmissa: ⁊ tamen desunt probationes
vt in alio iudicio cōuincant̄: que om̄ia per
illud secretū iudicium puniūtur. Secundo
ꝓpter maliciaz ⁊ peruersitatē hominū ter
re illius que modo cōis iudicij non potuit
extirpari ⁊ cohiberi. Tertio propter ido-
neitatē illoꝝ qui illud exercent: q̄a sunt no
biliores de terra qui munera non accipiūt
nihil etiā ipsius dānati: post illius mortem
sibi vendicant ⁊ sub iuramento suo agunt.
Quarto ex ꝑte modi: quia vt dicit̄ iustissi-
me ꝓcedunt. Unus em̄ sub iuramento ac-
cusat: alius sub iuramēto probat. Inde da
tur sententia diffinitiua tanq̄ contra cōui-
ctum. Ergo videt̄ tale iudiciū esse iustum.
Sed ecōtra multa vident̄ in eo esse dubia.
Ideo hic nihil determino: quia durum est
dānare tantā multitudinē: ⁊ dicere om̄es
homicidas esse. Tamen aliqua tangā que
reddūt illud iudiciū magis suspectum. Pri
mo ex parte modi quo procedit: quia in se
B creto reo absente. Cui⁹ est impossibile co-
piam habere: nec audit̄ nec admonet̄ nec
vllo modo licet innotescere per aliuz. Hoc
autem videt̄ esse cōtra legē diuinam ⁊ con
tra ius naturale: quia nullo modo videt̄ es
se ordinatū ad correctionē hominis: sed ad
simplicē ⁊ dolosam dānationem: quia sibi
non licet innotescere. Item sic quilibet pos
set se vindicare de inimico sub pretextu fal-
se iusticie: ex quo reus est absens ⁊ nullus
repellit testem suspectum. Secūdo ex par-
te pene quam infligit omnino videtur ini-
quū: quia in penitentijs quas imponit nul-
lum gradū respicit: sed statim dānat imme-
diate vltima pena que in aliquē potest ca-
dere scilicet morte: quia suspēdunt in pati-
bulo nullū supponētes gradū correctionis
incōfessus ⁊ incōuictus qđ est cōtra legem
nature: q̄a nulli ꝓhibet̄ defensio cōtra mor
tē: cū in secreto damnat̄ cōtra legem diui-
nā sepe allegatā Actu. xxv. ⁊c̄. Tertio mō
ex parte criminū sup que cadūt quia eque
suspendunt hominē de eo qđ est cōmissum
ante. xxx. vel. lxx. annos: pro quo satis fe-
cit deo ⁊ hoībus: q̄ tñ nihil sil̄e postea ꝑpe-
trauit: sicut de peccato ꝯtra naturā ꝑ qđ in
iuuentute peccauit ⁊ corrigit publica incē-
dia homicidia ⁊ latrocinia ⁊ vsuras ⁊c̄. C
Quarto ex ꝑte secreti: quia nec in foro cō-
scientie nec in confessione ex eoruz statuto
licet eis reuelare modū ⁊ ꝓcessum illius fa
cti. Ergo videt̄ ꝙ sit cōtra ius diuinū īmo
si papa eis preciperet non debent ei reuela
re. Respōdēt tamē scabini si eis opponit̄ ꝙ
reus damnat̄ absens: ⁊ dicunt ꝙ si non est
scabinus tūc trina vice monet̄ ⁊ datur eti-
am sibi iudiciū apertū. Et si tūc venerit dā
nat̄. Sed quicquid sit: de⁹ scit. Caueat ta-
men q̄libet p̄dicator ne istam q̄stionē publi-
ce predicet ne offendat scabinos. Quarto
requirit ordo iudiciarius pene infligende
mitigationē. Iō dr̄ Iaco. ij. ca. Iudicium
sine misc̄dia illi fiet qui nō facit cuz ꝓximo
misc̄diam. Nā reo cōuicto imponi debet pe
nitentia ordinaria si in iure pena inuenia-
tur. C. de vi. pu. vel priua. l. seruos ⁊ extra
de transact. c. vl. In humaniorē partē de-
clinādo. Et pōt iudex penā semp mitigare
ex cā. puta quādo non ex ꝓposito sed casu
culpa fuit cōmissa: ita ꝙ delinquens dolo
careat. Etiā etati parcitur vt pena mitior D
imponat̄. Parcitur etiam senectuti. Ideo
Aristo. ponit decem ratiōes p̄mo rethori-
coꝝ. que iudices debēt monere vt sint ma-
gis clementes q̄ crudeles: ꝓut recitat ma-
gister Egidius libro. iij. ꝑte. ij. ca. xxiiij. de
regimine principum. Prima est q̄a ipsa na-
tura clamat ꝓ clementia delinquētis. Naz
cū natura humana de se sit debilis ⁊ ꝓna
ad malū: si cōtingat aliquē delinquere: in-
firmitas nature supplicat ꝓ venia. Iō dici
tur p̄mo rethoricoꝝ. ꝙ epyekes q̄ est supra
iustū est īdulgere humanis. Ph̄s ergo par
centē humanis appellat sup iustum: q̄a cle
mentia est extollēda sup seueritate. Secū-
da rō que inclinare debet iudicez ad clemē
tiā est ipse legislator. Naz forte ipse rex vel
princeps cuius est leges ferre si considera-
ret cōditiones peccantis indulgeret ei. Iō
dicit̄. j. rethoricoꝝ. ꝙ iudicās poti⁹ debet
ad legislatorem aspicere q̄ ad leges. Ter-
tio inclinans ad misc̄diam est intentio ope-
rantis. Nam licet opus de quo incusatur
sit de genere maloꝝ: tamē forte ip̄e non ha
buit malam intentionē: q̄a dubia iudicāda

E sunt in meliorem partem vel si habuit praua-
uam: forte nō habuit adeo prauā sicut op⁹
ostendit: quia forte peccauit ex ignorantia
vel infortunio. Ideo vr. j. Rethoricor. q̄
iudicans nō debet aspicere ad actionē sed
ad electionē. Quartū iudicium ad miseri-
cordiam est multitudo bonor operū. Nam
forte qui nunc deliquit multa bona opera
prius fecit. Ideo dicit p̄mo rethoricor. q̄
iudicans non debet respicere ad partē: sed
ad totū id est ad multa bona opera q̄ prius
fecit. Etiā primo rethoricor dicit ꝛ iudex
debet aspicere nō qualis quidā nunc est in-
cusatus: sed qualis quidā fuit semp in mul
to tpe p̄cedente. Quintū est patiētia incu-
sati. Nā si aliquis incusatur de aliquo de-
licto pro quo puniet a iudice: si punitionez
patiēter sustinet ꝛ non murmurat in pena
sibi impēsa: cum illo magis misericorditer
agendum est. Ideo dicitur primo Retho.
indulgendum est humanis si contingit eū
patiētem esse. Sextum est incorrigibilitas
peccantis. Nam sunt aliqui ita corrigibiles
ꝛ disciplinabiles q̄ sola increpatione ꝛ so
F lo sermone meliorantur ꝛ desinunt praua
agere. Talibus ergo valde indulgendum
est. Ideo dicit. j. Rethoricor. q̄ iudex de-
bet indulgere humanis si credit peccātem
magis velle iudicari sermone q̄ opere. Se
ptimum inclinans ad clemētiam est humi-
litas delinquētis. Nam si delinquens ani-
mo se subijcit ꝛ se humiliat ꝛ ponit se totū
in arbitrio iudicantis est cum eo mitius a-
gendum. Ideo dicit primo Rethoricor. q̄
iudex epiekes. i. super iustos debet indul-
gere humanis: si viderit delinquentem ma
gis velle ire ad arbitriū q̄ ad disceptatio-
nem. Non em̄ est contra rōnem humilibus
parcere: cum bestie hoc agant. Canes em̄
non offendunt humiliātem se coraz eis: vt
patet. j. rethoricor. Quinto requirit ordo
iudiciarius ordinare iurisdictiones ꝛ com
missionē: ne eis dicat illud Exo. ij. Quis
te iudicē constituit super me. ꝛ ad Roma.
xiiij. Tu quis es qui iudicas alienū seruū.
Ideo dicit. xxv. q. v. ca. Miles cum obedi-
ens potestati sub qua legitime constitutus
est hominez occiderit nulla ciuitatis sue le
ge reus est homicidij: immo nisi fecerit re-
us imperij deserti atq̄ cōtempti est. Q̄ si
sua sponte atq̄ auctoritate fecisset: crimen
effusi sanguis humani incidisset. Itaq̄ vn
de puniet si fecerit iniussus inde puniet si
nō fecerit iussus. Et. xxiij. q. iiij. c. Ille gla-
dium accipit: qui nulla superiori atq̄ legiti
ma ptāte vel iubente vel cōsentiente in san-
guine alicuius armat. Hec August. Ideo
dicit Augustin⁹ ibidē lib. j. de ciuitate dei.
Qui sine aliqua publica administratione
maleficum interficit: velut homicida iudi-
cabit: ꝛ tanto amplius quāto sibi potestatē
a deo non concessam vsurpare non timuit
Si aūt habet auctoritatē a p̄ncipe: nō pec-
cat maleficū interficiēdo: nisi fiat ab eo liuo
re vindicte vel delectatiōe fundēdi huma-
nū sanguinē. Licet iuste ille occidat: iudex
tamē peccat mortaliter propter intētionez
corruptā. Si vero amore iusticie hoc facit:
non peccat ip̄m interficiendo ꝛ ad mortem
condemnando ꝛ p̄cipiendo ministro vt oc-
cidat eū. Quarto peccant mortaliter minis-
tri iudicū peruersi: cū delectātur fundere
humanū sanguinē: aut propter pecuniam
quia dicit. xxiij. q. v. ca. cum minister. Vbi
dicit. Cū minister iudicis occidit eū quem
iudex iussit occidi: profecto si illud sponte
facit homicida est: etiā si eum occidat quez
scit a iudice debuisse occidi. Ibidem ca. se-
quēti. sic lex eterna. Lex eterna ita medio
loco posuit aliqua vt in eis vsurpādis me-
rito reprehendatur audacia ꝛ in exequen-
dis iure laudetur obedientia. Abraam si spō-
taneus in occidēdo filio suo motus fuisset
execrabilis haberetur. At iubenti deo ob-
secūdās famulat⁹ est ꝛ .c. Officia vindicte
p̄nt impleri boni bono animo: quō iudex ꝛ
quō lex. Sic si faciunt propter iussum. i. p̄-
pter executionem iusticie non peccant: nec
etiā tales suspensores debēt dictare aut p̄-
nūciare sniam: sicut fit cōiter in ptibus no-
stris. Quinto peccant tanq̄ homicide te-
stes iniqui: q̄ causa sanguis sunt: q̄les fue-
runt illi duo senes cōtra Susannā. de qui-
bus Daniel. xiii. ꝛ tales essent occidendi.
vt ptz Deute. xix. Cūq̄ diligētissime pscru
tantes inuenerūt falsum testem contra fra
trem suū dixisse mendaciū reddent ei sicut
fratri suo facere cogitauit: sic̄ de facto istis

falsis testibus Susannā accusantib⁹ factū fuerat. Tales deberēt penitere quadragīta diebus in pane ⁊ aqua: ⁊ septem annos sequētes: si accusatus occisus fuerit. vt patet extra de elect. c. accusati. Et si membrū perdiderit per triennium.

Exto peccant contra illud p̄ceptum. Non occides. qui manu occidunt realiter. De quo Exodi. xxj. Si quis p̄ industriam occiderit proximum suum: ab altari meo euellas eū: ⁊ moriat. Et ponit extra de homi. c. j. Grauitas hui⁹ peccati: patet ex septem. Primo ex pene grauitate q̄a dicit Leui. xxiiij. Qui occiderit hominem: morte moriat. Gene. ix. Quicunq; fuderit sanguinē hois: fundet sanguis illi⁹. Matħ. xxvj. Qui accipit gladium: gladio peribit. Dicit Plini⁹. q̄ gladius cū quo homo occisus est: nunq̄ pōt rectificari. Exo. xxj. Qui occiderit hominem volēs morte moriat. De iure politico regulariter eadē pena p̄ homicidio infligenda est: si est voluntariū. vt ptz. ff. ad. l. corne. de siccariis. l. is qui. Sed maior pena est dānatio eterna si non penitet. In iure aūt canonico infligitur sibi irregularitas. extra ne cle. vel mo. c. sniam sanguis. ⁊ extra de ho. c. sic di gnū. ⁊ c. significasti. Secūdo patet ex clamoris impetuositate ⁊ imensitate: quia tale petiū semp petit vindictam contra occisorem. Gen. iiij. Vox sanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra. Sequit. Maledictus eris super terram ⁊ vagus ⁊ profugus eris. Nōne p̄ experiētiam vidimus q̄ de manu arida ⁊ siccata. xxx. annis in p̄sentia occisoris sanguis stillabatur. Unde est hoc? nisi quia ex diuino miraculo tale peccatum est vindicandum. Ideo dr Apoc. ix. Oēs sancti clamant. Uindica dñe sanguinē nostrū q̄ effusus est. Tertio ptz hoc ex demonis paritate. q⁹ Jo. viij. dicit. Ille homicida erat ab initio: q⁹ interfecit nostros parētes. Immo si a deo permitteret omnes nos occideret in puo tpe: sicut sunt illi homicide filij diaboli imitatores demonis. Quarto hoc patet ex hominis paritate ad bestias: quia nec leo leonem nec lup⁹ lupum: nec serpens serpentem interficit: sed bene animal alterius speciei. Sed homicida peior est brutis: qui hominem sibi similem in specie mactat. Ideo dicit Aristoteles. viij. Ethicoꝝ. Decies milliesies plura mala facit homo malus q̄ bestia. Et primo Politicoꝝ. Seuissima est iniusticia habens arma prudentia ⁊ virtute. i. roboreo quibus ad cōtraria est vti. Sequitur q̄ scelestissimum ⁊ siluestrissimū animal est homo sine virtute ad venerea ⁊ ad voracitatem pessimū. Quinto grauitas huius peccati patet ex fraternitate q̄ est iter christianos: q⁹ oēs chr̄iani sunt frēs fraternitate spūali ⁊ naturali ex vno p̄re ⁊ ex vna matre scz eccl̄ia. Ideo homicidiū iter christianos est fratricidiū. Ad quod potest referri illud Gene. xxxvij. Quid nobis proderit si occiderimus fratrē nostrum ⁊ celauerim⁹ sanguinē illius? Melius est vt venūdetur ⁊ manus nostre non polluantur. Tales peiores sunt q̄ Cayn: quia ille occidit fratrē suū naturalē: iste spūalem. Et sicut ille fuit maledict⁹: sic iste. Et sicut ille fuit profugus sup terraz: sic iste habuit signum in facie q̄ fuit fratricida. Sic etiā homicida habet signum in facie. sicut visum horribilē ille habuit in signū sui fratricidij. Sexto ptz hoc ex diuina offensione: q̄a offendit patrem q̄ eū in esse produxit: filiū qui eum in sanguine suo redemit: spūsanctū cuius templum violat. dicēte apło. j. ad Corinth. iij. Nescitis q̄a corpa vestra tēpluz sunt spūssancti. Immo occidit filium dei. j. Joā. iij. Uidete qualē charitatē nobis fecit vt filij eius nominemur ⁊ simus. Joan. j. Dedit eis potestatem filios dei fieri. Matħ. xxvj. Nolite vobis vocare patrem super terram: vnus est eī⁹ pater vr̄ in celis. Septimo ptz eius grauitas ex oīm sanctoꝝ offensione: ⁊ primo angeloꝝ: q⁹ occidit illū cui angelus deputatus est ad custodiā: q⁹ angeli eoꝝ semper vident faciē patris Mat. xviij. Et beatam virginē ⁊ oēs sanctos: q⁹ eos acciden tali gaudio priuasti: si fuit malus eius aiaz dānasti. Etiā contra totā eccl̄siā cui membrū abscidisti. Etiā amicos eius: patrem ⁊ matrē: fratrē ⁊ sororē. Circa ista est notandum: q⁹ septē modis cū manu cōmittit homicidium: scz cōceptionem hois impediendo. Fetū natū voluntarie occidendo. Pue

Ꝛum natū negligendo. Homicidium a morte nō liberando. Veneno occulte intoxicando. In necessitate non pascēdo. Aliqō membrum mutilando. Gladio vel lancea perforando Primo cōmittit conceptionem fetus impediendo: sicut Onā filius Jude: qui fundebat semen in terram ne filij nascerentur. vt dicitur Gen. xxxviij. ⁊ .xxxij.q.ij.capō. q vero nō formatū. Sequit ibidez de Onā. Percussit eū dñs. i. subitanea morte obijt. Sic ibidem legit de Her nec̄ filio Jude. Causam assignat Nicolaꝰ de lyra ibidem: q hebrei dicunt q fuit silis in nequitia sui fratris Onā: qui in coitu cuz sua vxore stu debat fundere semen in terrā. i. extra vas muliebre. Sed hoc faciebat alio motuo. quia iste Her libidinose afficiebat ad suam vxorem Thamar: ideo cauebat ne impregnaret: ⁊ ne ex impregnatiōe eiꝰ pulchritudo minueret: ⁊ sic eius concubitu ad tēpus priuaret cū esset ppīqua partui. Si Onā frater eius etiā faciebat silr: ppter quod a deo morte repentina occisi sunt. Sic etiam illi boni socij qui nolebant fundere semē ad ppīum locū ne virginem aut viduā in partu confundant. Alio modo potest hoc fieri mulierem sterilisando. De quo dicit extra de homi. vo. vel inuo. capi. si aliquis. Ubi dicit. si aliquis causa explē de libidinis vel odij meditatione: homini aut mulieri aliquid fecerit vel ad potandū dederit: vt nō possit generare aut concipere vel nasci soboles: vt homicida teneat. Hec ibi. Dicit glo. super verbo homicida. quantū ad penam legalem. ff. de penis. l. diuus adrianꝰ ⁊ .ff. ad. l. corne. de siccariis. l. si mulierem. Sed non est irregularis: quia illa irregularitas non contrahitur: nisi actu homo interficiatur. vt patet ibidem. capitulo. sicut. Cogitent iste iuuencule quantū peccatuz sit se sterilem facere vel abortum procurare. Alio modo habet fieri mulierem impregnatam percutiendo: ⁊ si fetus animatum fuerit homicida iudicabit. vt patet. xxxij. q.ij. capi. q vero non formatum. Item Augustinus in libro questionū veteris ⁊ noui testamenti. Moyses tradidit. Si quis percusserit mulierem in vtero habentem fetū: si abortiuit: reddet animam pro anima: ⁊ si formatum non fuerit: mulctetur pecunia. Historia ponitur Exodi. xxj. Idē dicit lex ff. de penis. l. si quis aliquid. §. qui abortionis. Et sic patet q est homicidij peccatum venena sterilitatis procurando aut abortum. Et mulieres impregnate deberent se multum abstinere ab ope laborioso ⁊ a saltu ⁊ compressiōe: ne fetum in vtero destruant. De ista materia nota magistrum sententiarum. libro. iiij. distin. xxj. Secundo modo cōmittit homicidiuz natum fetū aut puerū negligēdo: ⁊ hoc habet fieri multis modis. ſ. non nutriendo proprio lacte. Ille homicide sunt. vt ptz ex sanctoꝝ dictis ⁊ scriptis: dicentiū q nullum lac est ita cōueniēs puero nutriēdo sicut lac matris: vnde cū puer alio lacte nutrit ꝙtrario ⁊ incōueenti sepe pereunt: qa forte cōplexio mulieris lactātis cōtraria est cōplexione pueri. Ita puerꝰ ex lacte sibi ꝙtrario quādā corruptionē ꝙtrahit: qō patet ex eo q gētiles ex lacte feraꝝ filios suos qñq nutriri fecerūt vt inde feritatē cōtraherēt. Crudelior est aiūt oīs fera mulier: q fetum quē genuit nutrire ppīo lacte contēnit. Pauit eum in vtero sanguine menstruoso: ⁊ nūc nutrire negligit lacte diuinitus sibi dato. Ideo em̄ deus māmas mulieri dedit: ⁊ lac in eis nasci p̄cepit: vt prolem suaz inde nutriret. Nūc vero multe mulieres opus dei irritare nitūtur: ⁊ lac qō creauit deus ad vsum extinguunt ad nihilum vt voluntatē cū viris habeāt: ⁊ alijs mulieribus dant ad nutriendū: ⁊ sic puer morit ex lacte disconuenienti. Sed multe dicūt q sunt: q tantum laborē sustinere nō possunt. Quibus respō detur. Nōne adeo delicate ⁊ fortes fuerūt q coitum cū viris p̄fecerunt: cur non possunt lactare? Ideo dicit magr Egidius li. ij. de regimine principū. pte. ij. ca. xv. q infantes debent ali ppīe lacte matris. Et si contingat illos aliud lac sugere q̄ maternum: querenda est femina silis matri quantū ad complexionē: eo q lac maternū maxime videt esse proportionatū proprio filio. Etiam debent phiberi a vino: maxime illo tēpore quando lac sugunt: ⁊ ꝫm phm propter egritudines: qa facilliter ex hoc egrotant. Immo dicunt magni medici q p hoc

disponunt ad lepram. Hec ille. Alius mo-
A dus est in somno negligendo & opprimen-
do. iij. Regū. iij. Dormiens oppressit eum.
De hoc vr extra de his q̄ filios occidunt.
ca. de infantibus aūt qui mortui moriunt
cū patre & matre: & nō apparet vtrū a p̄re
vel a matre opp̄ssus sit ipse vel suffocat⁹ vl
ppria morte defunct⁹: nō debēt inde parē-
tes esse securi nec etiā sine pena: sed tamē
cōsideratio debet esse pietatis vbi nō volū
tas: sed euentus mortis causa fuit. Si aūt
eos non latet interfectores esse scire debēt
se grauiter deliquisse. Quidā aūt penitē-
tia trium annoz iudicāt esse debere: quoz
vnū peragant in pane & aqua. Hec ibi. Di
cit glo. sup̄ verbo. nec sine penitentia si euen
tus fuit causa mortis. Non pena eis impo-
ni debet: quia nō peccauerūt: tamē ad cau-
telā tutius est q̄ inde penitētiā agant: quia
forsitan minorē diligentiam adhibuerunt.
vt ptz. xxxiiij. q. ij. in lectum mariti absen-
te vxore sororis iuit & c̄. quia bonaz mentiuz
est ibi culpam recognoscere vbi culpa non
B est. De obseruatione ieiuniorum. c. cōsilium.
Sed si hoc sponte fecerit pena grauissima
est ei iniungenda: & maior q̄z pro alio ho-
micidio: quia maius pctm̄ est proprium filiū
um occidere q̄z alium hominē. vt patet ex-
tra de homicidijs. ca. cum iuramēto. ff. ad
l. pompeyam. de paricidijs. l. i. Si vero cul
pa graui p̄cedente: tunc pnia quinq̄z vel se-
ptem annoz eis est iniungenda. ar. l. dist.
Si qua femina. & ca. si quis sponte. de pe.
& remiss. quesitū. Si leuis culpa p̄cessit pos
sit imponi penitētia triū annoz. vt hic. Et
nō deberēt parētes hmōi pueros secū por-
tare in lectū ne suffocarētur eis dormienti
bus & c̄. Tertio habet fieri ppriū natū vo-
luntarie occidēdo: quod est grauissimū pec
catum & cōtra naturā omniū bestiarū que
suos fetus cōseruant & se periculo exponūt
pro defensione eoz. Tales deberent indu
ci vt intrarēt in aliquod monasteriuz: & sic
eoz peccata ppetua penitētia lugeant. vt
patet extra de his qui filios suos occi. ca.
veniens. Si quis tamē nō possit ad hoc p̄
pter carnis fragilitatē induci: cōcedenda
est ei licentia vt cōtrahat matrimoniū: im-
posita sibi graui penitentia: vel qui habet
virū vel puerū quib⁹ abesse nō potest: & sic C
ppter pniam diabolo pctā occultant. Cu-
ius exemplum ponit in speculo hystoriali.
viii. c. xiiii. Fuit quedam mulier rome bone
fame: q̄ de ppio filio concepit fetum. Sen
tiens se igit̄ concepisse angustiabatur & do
lebat: spe tamen venie animata: a ieiunijs
& oronib⁹ nō desistebat. Interim veste cō-
grua tumorē ventris occultabat: q̄ tandem
peperit: & timor & verecūdia eā impellebat
vt natum puerū arripiens suffocaret: & suf
focatum in ima latrine proiecit. Quod grā
de piaculum hominēs latuit. Sed diabo-
lus sumpto habitu scholaris romam venit
curiā imperatoris intrauit. Interrogatus
quis esset: Clericus sum inquit: peritus in
scripturis: & nullus mihi sit⁹ in questioni-
bus soluendis: secretisq̄z reuelandis. Qui
de multis secretis & furtis interrogatus:
ad singula respōdebat. Et dum sic placita
regi & optimatib⁹ multa referaret: regem
& pōpulū circūstantem sic allocut⁹ est. Si
credere velletz mira vobis loqrer: & qō vix
auditu est credibile: dictu horribile: qa mi- D
sericordia dñi est q̄ nō estis cōsumpti: & q̄
rhoma funditus non corruit ppter q̄ddam
facinus in ea perpetratuz: quia mulier illa
quā sanctissimā putatis de ppio filio con-
ceptum filiū propriis manib⁹ trucidauit: &
ne videretur in latrinam proiecit. Ad hanc
vocem omnes consternati. Noli inquiunt
dicere. Hec mulier est omniū mulierū spe-
culum in virturibus. Qui respondit. Exa-
minet. Quod placuit regi & satrapis eius.
Missis igit̄ satellitibus est ad p̄sentiam re-
gis introducta. Et ait rex ad eam. Non te
lateat noui vatis fama quez suscitauit de-
us in salutem rhomane gentis qui in mul-
tis te accusat. Confitere ergo peccatū tuū
& da gloriā deo. Que respōdit. Grauis est
causa: & nihil sine consilio agere docet sa-
piens. Sic acceptis induciis egressa est.
Non confisa in homine sed in deo: accessit
ad Lucianū tunc papā prouoluta ante pe-
des eius cum multis lachrymis & gemiti-
bus: vulsis crinibus confitens pctm̄ suū &
dicens: an ne posset veniaz sui reatus con-
sequi. Animequior inq̄t filia esto: quia ma-
ior est dei pietas q̄z queuis iniquitas. Naz

Petrus apostolus p lachrymas nō solum reatus sui veniam: sed etiā apostolici principatus obtinuit dignitatem. Sic Maria magdalena ppter effusionē lachrymaruz meruit fieri vas glorie. Nolo tibi multa iungere quia tēpus breue est: oronē dñicam tibi iniūgo pro pctō tuo: matrem vero Jesu Mariā consulo vt pre omnibus inuoces. Et sic aiata recessit: eam assiduis precibus inuocans. Die statuto venit ad curiaz regis. Tunc rex ait clerico. En quam accusasti dñam pñs est: narra si qd habes. At ille intuit⁹ mulierē mirabaf dicens. Reuera non est ipsa q̄ prius: sed alterata p gr̄am spūssancti. Et cū omnes dicerent q̄ ipsa esset eadez. Rñdit. Non est hec homicida z incestuosa: sed sancta z speciosa: z hoc inter filias hierlm. Dō video tacere nō possum: video matrē christi ei astantē z custodientē. Ad hāc vocē oēs in stupore ꝓsi: frōtes suas vexillo crucis armauerunt. Quā crucē diabol⁹ ferre nō potuit: sed quasi fumus euanuit: z sic mulier ē liberata. Sed adhuc grau⁹ pctm̄ est interficere puerum in honorem idoloz. dicēte pō. Immolauerunt filios suos z filias suas demonijs. Et Leuit. xx. Si qs dederit de semine suo idolo moloch: morte moriatur. Dicunt hebrei: q̄ moloch erat idolum cupreū ad formā hominis factū: interi⁹ concauū: z in illa concauitate fiebat ignis q̄uq̄z idolū esset quasi ignitū: tūc ponebaf puer inter man⁹ idoli: z sacerdotes tympana pcutientes tm̄ sonitū faciebāt q̄ vox morientis pueri audiri nō potuit ne parētes cōpaterenf: sz magis crederēt aiam acceptā a dijs in quiete z sine dolore esse. Sicut Lactāti⁹ narrat i libro. j. dō falsa religiōe. quō carthaginēses victi p agatoclē siculoz regē timētes deos iratos: qb⁹ cōsueuerūt humanas hostias Imolare offerendo cōbusserūt ducētos nobiles pueros carthaginenses. Sike reprehēdit lactātius in litātib⁹ virilia virorum. Sic thare pr̄ abraā credit frēm abrae litasse. Sic sennacherib voluit immolare duos filios deo suo. Quod intelligentes filij sui eū interfecerūt. Nō tm̄ culpādus est abraā qui voluit Imolare filium suū isaac. Gene. xxij. De q̄ Aug. li. j. de ciui. dei. c. xxj. Non inq̄t culpādus abraā de crude itatis crimine q̄ voluit filiū suū nō scelerate sed obedienter occidere. Querit Aug. vbi supra. ca. xxj. sed non soluit. q̄re Jepte nō fuit ꝓhibitus ab Imolatione filie suc: sicut abraam ab immolatiōe filij sui? Rñr. q̄ iepte fuit spurius abraā legitim⁹. Abraā conuersationis bone Jepte princeps latronum. Abraam fuit iusticie testimonium nō Jepte. Abrae fuit hoc preceptum vt ostenderef diligere deum non sic Jepte. Abraam non dubitauit credendo q̄ deus qui dedit sibi filium de sterili matre: posset euz resuscitare. Sic equaliter voluit deus Abraam pati vt iusti premiarentur: sed Jepte male voluit. Quid si canis vel asinus ei obuiasset: que deus offerri prohibuit z c. Quarto cōmittitur homicidium cum manu hominem a morte non liberando vel liberationem impediendo. Prouerbio. xxiiij. Erue eos qui ducuntur ad mortem: z qui trahuntur ad interitum liberare non cesses. Intellige si iniuste trahūf. Si aūt iuste: tūc cessa. Jō dicif. xxiij. q. iij. ca. Non in inferenda. Ubi dicit Ambrosius in lib. de officiis. Non in inferenda sed in repellenda iniuria lex virtutis est. Qui eñ nō repellit a socio suo iniuriā si pōt: tam est in vicio q̄ ille qui facit. Unde sanctus Moyses hinc primum exorsus est tentamenta imbellis fortitudinis. Nam cum vidisset hebreū ab egyptio accipientē iniuriā defendit eū: ita vt egyptiuz pesterneret atq̄z in arenā absconderet. hec ille. Historia ponif Exodi. iij. Et ideo scribitur extra de homicidio. c. Sicut dignuz. Ubi dicif. Ille qui potuit liberare hoiem a morte z non liberauit eū: iꝑm occidit. Jō dicēdū est de eo. Qui pōt defendere clericum ne verbereF: z nō facit: excōicatus est. Sic quilibet ex debito charitatis tenetur repellere a ꝓximo iniuriā z violentiā si potest. Quinto cōmittif homicidium veneno scz occulte intoxicando. Uñ Joannes cuz homicidia noīat: veneficia adiungit. Apocaf. ix. Et nō egerūt penitentiā ab homicidijs suis neq̄z a veneficijs suis. Et Apocalypf. xviii. Quia in veneficijs tuis errauerunt oēs gentes: z in ea sanguis ꝓphetaz z sanctoz inuētus est. Tale homicidiū est

maximum: quia peius est occidere veneno
A q̄ gladio. vt habetur. C. de maleficis. l. j.
Similiter peccant qui vendunt venenosa sci-
enter: ⁊ ea q̄ ad vsum homicidij apta sunt.
xxvij. q. ij. c. si tu abstines. ⁊ .xj. q. iij. capl'o.
p̄cipue. quia dicitur extra de iniu. ⁊ dam.
dato. c. si culpa. Qui occasionem dāni dat
damnuz dedisse videt. Sed q̄d de illis qui
faciunt gladios vel vēdunt cultellos: sagit
tas balistas venenum ⁊ alia intoxicatiua?
Rñdet Raymūdus in titulo de emptione
⁊ venditiōe. §. vj. sed quid de illis dicens.
In his ⁊ sil'ibus semp attenditur intentio
puta si ꝓpter hoc vēderēt vt homines ha-
berēt talia ad abusum: vel si scienter donāt
vel vendunt alicui quez sciant vel credant
talibus abusurū. Talis inquit intentio est
pctm̄ grauissimū ⁊ mortale: ⁊ omnia pecca
ta que postea occasione illaꝝ rerū ab alijs
perpetrant̄: illis imputant̄ allegādo predi-
cta allegata. scilicet si tu abstines. ⁊ p̄cipue
Ideo debēt pre om̄ibus penā sustinere. ij.
q. j. cap̄. notū. in fine. quia sunt cooperato-
B res omnium scelerū p̄dictorum. Si autē di
cant se habuisse bonam intentionem: quia
credebant talia emere propter aliquē lici-
tum vsum: vel habuerunt animū ⁊ indiffe-
renter nihil sup hoc cogitabant: vel igno-
rabant q̄ esset illicitum talia vendere. In
om̄ibus istis casibus distinguo: quia aut il
le res sunt tales que ad humanū vsum pos
sunt esse vtiles: sicut arma ī iusto bello: cul-
tellus ad scindendum panem: ⁊ q̄dam ve-
nena que a medicis apponūtur in quibus-
dam confectionibus ad sanandum. In tali
casu non peccant mortaliter si non habent
intentionem corruptam: vt dictū est supra
Nisi forte cognosceret vel probabiliter di-
ctaret sibi conscientia: q̄ ille nō querit rem
illam nisi ad malum finē: tūc non debet si-
bi vendere contra talē conscientiā. vt. xiij.
q. v. cap̄. de occidendis. ⁊ .v. q. v. Non om-
nis. Vel sunt q̄ ad nullum vsum sunt vtiles
nisi ad peccandum: vt sunt quedam vene-
na mortifera ad nullum bonum vsum vti-
lia. In tali casu peccant vendendo: facien-
do: tenendo vel alienando. Et est optima
lex ad hoc. ff. de contrahen. empt. l. q̄ sepe
§ veneni mali. Ubi ponitur distinctio su-
pra p̄dicta de veneno. Et addit̄ regula ta- C
lis q̄ flagitiose rei. glosa. i. q̄ nullo mō per
adiectionē alterius materie pōt esse vtilis
vsui humano nec emptio nec mandatum
nec societas valere pōt: ⁊ om̄ia mala q̄ in-
de sequuntur possunt isti imputari. Sūt ḡ
tales pessimi homicide: ⁊ frequentius ve-
nit q̄ tale homicidiū redundat in suū acto-
rē: quod ptz in tali exēplo. Fuit quidaz or-
dinis sancti Bñdicti qui cum aspirabat ad
abbatie dignitatē: sciēs q̄ hoc non poterat
adipisci abbate viuente ordinauit ꝑ quēdā
pueꝝ: quē abbas paterna dilectiōe corrige
re solebat quosdā pulueres venenosos di-
cens puero. Si hos pulueres sparserꝫ sup
pultes quas abbati in mensa apposueris:
semp te diligeret ⁊ nūq̄ postea ita austere
te corrigeret. Innocēs puer acceptis pul-
ueribus cogitauit ītra se: tu sparges dimi-
dietatē supra pultes si ī posteꝝ insurgeret
ira abbatis ꝯtra te facies sil'r. Proiectꝫ igi
tur pulueribꝰ ī cibū abbatꝫ: gustato cibo ab
bas mortuꝰ est. Tunc ille nephariꝰ homici-
da in locū suū electus est: qui eundē puerū
sicut primus correxit. Cogitauit puer. Bo D
nū est q̄ tibi reseruasti partē pulueris: faci
es illi abbati sicut primo vt eius amicitias
mercari valeas. Puer malicie ignarus ac
ceptis pulueribus fecit illi sicut p̄mo. Qui
etiā obijt sicut primꝰ: qꝛ ꝑ que quis peccat:
per hec ⁊ torquet̄. Sap̄. xj. Itē habes plu-
ra exēpla huiꝰ venenatiōis in secūdo libro
dial'. de sctō Bñdicto. ⁊ vnū. c. iij. De illis
fratribus quoꝝ vnꝰ sibi obtulit vas vitreū
in quo pestifer potus habebatur. Qui edi-
to signo crucis super vas rūpebat̄. Aliud
exemplum est de pane infecto ꝑ venenū ꝑ
coruū longe ꝓiectū. ca. viij. Sic aliqñ sub-
diti prelatū: mulier virū suū: ⁊ econtra in-
toxicant: q̄tenus se abonerent ab eis. Sex
to cōmittit̄ homicidium in necessitate: non
pascēdo: ⁊ necessaria ei subtrahendo. Pro-
uerbio. xj. Qui abscōdit frumentum: male-
dicetur in populo. Prouer. xviij. Qui sub-
trahit aliq̄d a paupe: ꝑticeps homicidij ē.
Ideo. lxxxvj. dist. c. Pasce. Et sunt verba
beati Ambro. in lib. de officijs. Pasce fame
morientē: quisq̄ em̄ pascēdo hoīem serua-
re poteris: si nō pauisti occidisti. Dicit glo.

q̄ in tpe necessitatis cibaria cōia sunt. Sic illi qui emūt frumēta ⁊ faciūt caristiā sunt paupes homicide. Nota. iiij. Regū. vj. Et samaria quō fuit obsessa. Jdeo. xlviij. di. c. sicut hij. Non minoris criminis est habenti tollere: q̄ cū possis ⁊ abundas indigentib⁹ denegare. Esurientiū panis est: quē tu retines: nudoꝝ indumentū est: qō tu recludis ⁊ c̄. Septio habet fieri homicidiū a manu sibijpsi aliqō membrū amputando. vt patet lv. dist. c. Si quis semetipsum absciderit id est si q̄s amputauerit sibi virilia ne fiat clericus: ḋa sui homicida est. Dicit glo. super verbo homicida. Propter homicidij periculū quod consequi poterat sectionē d̄i homicida: sicut qui infantes exponit dicit homicida. vtz. lxxxvij. di. c. vlti. q̄ nō est considerandū qō euenit: sed qō euenire possit Sed opponit glo. de origene q̄ se eunuchū fecit: vt liberius in occulto posset predicare mulierib⁹: ⁊ tñ postea p cesarē fact⁹ est sacerdos. Et marcus p̄scidit pollicē vt sic indignus fieret sacerdotio. Añdit ibidem. q̄ hec non sunt trahēda ad q̄ñtiā. q̄ dicit extra de regu. iu. li. vj. Que a iure cōi exorbitant: ad q̄ñtiā nō sunt trahēda. Tales cū peccant quadrupliciter. Primo ḋa sunt homicide suijpsius: vt dictus est supra. Scō quia alienū inuadit: ⁊ sic furtū facit: q̄ nemo est dñs membroꝝ suoꝝ. ff. ad. l. aquiliā l. liber hō. Tertio ḋa presumitur q̄ in alijs tyrannidem exerceat: qui i seipm ausus est seuire: quia q̄ audet seuire in proprium corpus: quid non faciet in alienū? Quarto q̄ est inimicus dei conditioni. di. lv. c. si quis absciderit. Jō tales non p̄mouenḋ ⁊ proijciunḋ promoti. vt ptz extra de corpe vi. c. significauit. Hec hostiensis. Quidā senex tale dedit exemplum. vt legit in vitaspatꝝ Q̄ duo seculares intrātes religionē ⁊ habentes zelū euāgelij ⁊ nō fm sciam castrauerunt seipos in carne p̄pter regnum celorum. Quod audiēs archiep̄s excōmunicauit eos. Qui credentes se bñ fecisse: iuerūt ad p̄triarcham dicētes. Venimus: quia caput nr̄m es: cōquerētes de archiepo. Qui sikiter eos excōmunicauit. Tunc iuerūt ad papam dicentes. Nos venim⁹ ad te: ḋa caput nostrū es: sic fecerunt nobis epūs ⁊ patriarcha. Qui sic eis dixit. Et ego excōico vos. Tūc dixerunt isti: episcopi sibi mutuo deferūt ⁊ consentiūt. Jdcirco cōgregabanḋ in synodo dicentes. Eamus ad virum sanctum episcopū epiphaniū de cypro. qui p̄pheta est: ⁊ persona nō accipit hominis. Qui intelligens in spiritu: misit ad eos dicens q̄ non intrarent ciuitatem. Tunc illi in se reuersi: cognouerūt se male fecisse. Octauo peccant lancea vel gladio p̄forādo. Exodi. xxiij. Si quis de industria occiderit proximū suū: ab altari meo euellas eū: vt moriaḋ. Et ponit extra de homicidijs. ca. j. ⁊ Exo. xxj. Qui percusserit hominē volens morte moriatur. Jdem. ff. ad. l. corneli. de siccarijs. l. is qui cum telo. Jn iure autem canonico talis temperatur: quia efficitur irregularis. extra ne cleric⁹ vel monachus. ca. sententiam sanguinis. ⁊ extra de homicidijs. ca. sicut dignū ⁊ ca. significasti. Talis deberet agere penitentiam: vt in consilio terbuenensi est determinatum. Jn primis non habet licentiam intrādi ecclesias p̄primas: ⁊ quadragīta dies nudis pedibus incedat: ⁊ nullo vehiculo vtatur. Jn laneis vestibus sit: absq̄ femoralibus. Firma non ferat: ⁊ nihil sumat in his. xl. diebus nisi panē ⁊ sal ⁊ purā aquā bibat. Nullā cōionem cū ceteris christianis neq̄ cum alio penitente habeat in cibo vl̄ potu anteq̄. xl. dies impleanḋ. Et ex cibo quem sumit nullus alius manducet: ⁊ cū nulla femina his diebus misceaḋ. Poterit tamen dispensari eū eo visa qualitate p̄sone ⁊ infirmitate q̄ comedat de pomis vel olerib⁹. Juxta ecclesiam sedeat. Ante cuius ianuā peccata sua defleat. Et non de loco ad locum pergat: sed in vno loco. Sic completis xl. diebus aqua lotus vestimenta sua reinduat: ⁊ capillos tondeat ⁊ septem annos sequētes peniteat cū penitētia ibidem descripta. Quid aūt in primo secundo tertio ⁊ c̄. anno faciet dicit Scotus in. iiij. sentē. distin. xv. q̄ debet sibi imponi penitētia q̄ sicut hoiem p̄uauit vita: ita seipm p defensione fidei ⁊ chr̄i: periculo mortis se exponat. Si tamen hoc nō fecit voluntarie sed casu: quinq̄ annis peniteat. vt ptz. xxx. q. j. si qua. ⁊ c. si q̄s. Hoc intelligitur si culpa

A precessit casum. Sed grauior pena est in-
iungenda matricide: q̄ debet penitere octo
annis ſm penitentiā sibi p̄scriptam. xxxiij.
q̄sti. ij. latorem. Sed vxoricide adhuc gra-
uior penitentia est iniungenda. De qua.
xxxiij. q. ii. ca. admonere te. Iste debet pe-
nitere omnibus diebus vite sue vinū ⁊ sice
ram non bibet: carnes non comedet nisi in
pascha ⁊ natali dñi. In pane ⁊ aqua ⁊ sa
le ieiunet: orōnib⁹ ⁊ elemosynis penitētiā
agat: arma non sumat: vxorem nō ducat:
balneo non vtat̄ in ecclesiis ab aliis segre-
gatus post ostiū stet: ingrediētiū ⁊ egredi-
entium orationibus se recōmendet: in tota
vita sua nō cōicet: sed in morte tm̄. Adhuc
grauius punitur qui occidit sacerdotē aut
episcopū. Sed q̄uis iste penitentie sunt in
iure prescripte: discretus tamen sacerdos
ſm vel iuxta conditionem confitentis arbi
trabit̄ penitentiā imponendā. vtz. xxvi. q.
vii. tp̄a penitudinis. ⁊ de pe. di. i. mēsurā.
extra de pe. ⁊ re. deus. ⁊ extra de homi.
sicut dignum. Nono habet fieri homicidi-
um ad mortem tradendo sicut Judas: cui
B dixit dñs. Osculo tradis filium hominis.
Lu. xxii. de quo loquit̄ Fran. pe. lib. ii. de
re. vtri. fortu. c. lxxix. dicens. Plus ille sibi
nocuit q̄ tibi: Te ꝓdidit: se perdidit: te pu-
pugit: se confundit: te dum spoliat: se peri-
mit: tibi regnū vel opes: sibi animam ⁊ fa-
mam eripuit ⁊c̄. Sequitur. Nil scelestius
ꝓditione: nil turpius sol videt cuius obsce-
nitas tanta est vt qui artificio eius egent
execrent̄ artificē qui ceteroꝝ famā querūt
huius infamiam reformidant. hec ille. Ta-
les deberēt se suspendere: sicut Judas. O
quot fratres adhuc habet iudas. Erant in
flandria duo viri qui cōtra se grauiter ini-
mici erant ⁊ oportunitatē querebant qua-
liter vnus alteꝝ caperet vel necaret. Erat
aūt quidā nequissimus qui vni⁹ seru⁹ fue-
rat ⁊ nūc alteri seruiebat. Ad hūc ergo cui
olim seruiebat. conquestus est de dño cui⁹
ad p̄sens seruus erat: sibiq̄ fore perfacile
vt eius manib⁹ eum tradat. Qui gauisus
est ⁊ ei pecuniam spopondit. Et sic domi-
num tradidit in manus inimici. Quo occi-
so venit proditor ad amicos partis aduer-
se: ⁊ simili dolo tradendum illis obtulit oc-
cisorem: sed comprehensus oblatus est iu- C
dici ⁊ suspensus: sed scelus facto postmo-
dum claruit turpiori. Cuz amicoꝝ precib⁹
de patibulo deponi permissus: ⁊ ī terra se
pultus fuisset: ignoti canes currentes ad
sepulchrū: multis videntibus extraxerūt ⁊
intra se membratim miserabiliter discerpse
runt. Narratur in gestis romanoꝝ q̄ medi
cus pyrrhi regis ad fabricium nocte venit
ꝓmittens se pyrrhuz occisurū veneno si si-
bi aliq̄d muneris vel encenii polliceretur.
Quē medicū fabricius vinctuz reduci ius
sit ad dñm suū pirrhū q̄ ꝯtra caput ei⁹ me-
dicus spopondisset traditori. Et rex pirrh⁹
admiratus ei dixisse fert̄. Fabricius diffu-
sus honestate fidem tenet.

Septimo peccāt cōtra illum p̄ceptuz.
Non occides. qui occidūt hoīes bel-
lo iniusto. de q̄ dicit Augusti. in libro
xii. de ciui. dei. ca. xxiii. Neq̄ em̄ vnq̄ leo-
nes inter se: aut inter se dracones qualia
hoīes gessere bella. hec ille. Et tales homi
nes sunt homicide si est iniustum bellum.
Si aūt iustū est: ab homicidio excusat̄. vtz D
xxiii. q. v. c. si non licet §. Itē non occides.
dicit Aug. Nequaq̄ cōtra hoc preceptū fe-
cerūt q̄ dictum est. Nō occides: qui deo au
ctore bella gesserūt. Ibidē. c. Miles. cū est
obediens ptāti sub qua legitime constitut⁹
est si hominē occiderit: nulla ciuitas sua le
ge reus est homicidii. Et hoc est veruz dū
modo non bellant desiderio fundendi san-
guinē: sed ꝓpter rempublicā in fide christi
ampliandaz. vt dicit̄. xxiii. q. iiii. c. Si non
ex fidei merito. Notandū q̄ bellum iustum
videt̄ esse motum in sacra scriptura multi-
pliciter. Primo quando gētiles nollent no-
biscum conuersari aut viuere. vtz Deute.
xx. Mādat dñs Moysi. Quādo ingressus
fueris ad expugnandum ciuitatē aliquam
offeres primo pacez eis. Et si te receperint
⁊ aperierint tibi portas: cunctus populus
qui in eo est saluabit̄. Si aūt noluerīt reci-
pere pacem: expugnabis eam: ⁊ ꝑcuties in
ore gladii omne masculinū q̄d in ea est: ex-
ceptis mulieribus ⁊ paruulis: qꝛ istis nō li-
cet bellare. Omnem predaz exercitui diui
des ⁊ comedes de spoliis hostiū tuoꝝ que
dñs dederit tibi. Et sicut tunc erant genti-

les respectu iudeorum: sic modo sunt infideles respectu christianorum. Et tales fuerūt excusati. Ergo et christiani. Secundo qui nobiscū nollent stare sine contumelia creatoris nostri et absq; eo q; eorum cōuersatione psuasione aut seductione vellent trahere fideles ad ritū eorum. Ideo hac de causa mādauit moyses occidi mlieres et paruulos madianitarum dicēs. Cur feminas vobis reseruastis? Nonne iste sunt que deceperunt filios israel: et puaricari fecerūt vos a domino. Tertio si a cultu dei recedat. Deutē. xiij. Si audieris in vna vrbiū tuarū quam dñs deus dabit tibi ad habitandū: et egressi fuerint belial filij de medio tui et auerterint habitatores vrbis tue atq; dixerit. Eamus et seruiamus dijs alienis. Sequitur. Percuties habitatores vrbis illius in ore gladij: et delebis ea: et oīa que i illis sunt vsq; ad pecora et c̄. nota ibidem. Quarto si fidelitas tēporalis domini deserat. ꝺ hoc patet. iiij. Regū. iij. q; quidam de Joram et Josaphat mouerūt bellum cōtra Moab: qa rex Moab soluebat regi israel tributū. s. cē
F tum milia agnorum et centum milia arietum. Et mortuo Achab recessit a Joram. Sed Joram rex israel: et Josaphat rex Juda surgentes contra Moab percusserūt Moab in ore gladij. Quinto quādo iniuria publica principi irrogatur. vt patet. ij. Regū. x. de bello Dauid contra Amon: qui fecerat radi barbas nunciorum Dauid in contēptum eius. Sexto si res propria repetatur. de hoc. ij. Regū. iii. de bello Dauid contra Isboseth repetendo regnū quod erat sibi datum a deo ꝓpter iustam causam. Nam solum contra iniustos bellū cōmitti potest q; vt dicit Augu. et ponit. xxiii. q. ii. ca. dominus. vbi ꝺ. Tunc gens vel ciuitas iuste p bella petenda est qñ nil iudicare neglexerit qꝺ improbe a suis factū est: vel reddere quod per iniuriā ablatum est. Septimo vt hostis repellat patet. ii. Regū. viii. de bello Dauid contra philisteos. Octauo vt amicus ab hostibus liberetur vel eripiatur patet Gen̄. xiiii. de bello Abrae contra reges qui captiuauerunt Loth nepotē suum. Nono cōtra illum p quem hostis roborat. vt. ii. Regū. viii. patet de bello Dauid contra syriam damasci eo q; ferebat auxilium 15
ad Seyr. Decimo si tyrannia i presidē vel p̄sidente exerceat. patet. i. machabe. de bello contra Antiochū. Circa qꝺ notandū q; ad bellū iustum requirunt multa. Primo q; sit psona secularis non spūalis. Ꝺ̄ ꝓbat sanctus Tho. ii. ii. q. lxiii. arti. iiii. duplici rōne: qa clerici non debent aliquē pcutere aut occidere: quia sunt electi ad altaris ministerium in quo rep̄sentat passio chr̄i q; cum pcutere nō repercutiebat. vt dicit. i. Pet. ii. Ideo non conuenit vt clerici sint pcussores aut bellatores. Debent em̄ magr̄i suum dñm imitari. sm illud Ecclesia. x. sm iudicem ppl̄i sic et ministri ei⁹. Secunda rō est: quia clericis cōmittit ministerium noue legis in qua non determinabit pena pcussionis aut occisionis vel mutilationis corporalis. Mathei. v. Audistis quia dictum est antiqs. Oculum pro oculo: dentē p dente. Ego autē dico vobis. Non resistere malo. Qui ergo repcutit: non ostēdit se esse discipulū chr̄i: sed pdit patientie meritū. Ideo dicit. xxiii. q. i. c. Nisi bella ista carnalia figurā bellorum spūaliū gererent: nunq̄ vt opinor iudaicarum hystoriarū libri discipulis chr̄i qui venit pacē docere legēdi in ecclesiis fuissent ab apl̄is traditi. Quomō etiam eis bellorum ꝓficeret ista descriptio. De qb⁹ dicit ab Jesu in euangelio. Pacem meam do vobis: pacē meā relinquo vobis: et quibus p apostolum dicit et iubetur. Non vosmetipsos defendentes charissimi vel vindicantes: sed magis iniuriam percipite: et magis fraudem patimini. Unde venit q; sciens apl̄us dicit iam non vobis bella vltra non esse carnaliter peragēda sed animē certamina circa spirituales aduersarios desudanda. hec Grego. Ideo p̄cipit clericis religiosis et sacerdotib⁹ q; nō portent arma. vt ptz extra de vi. et ho. cle. ca. Clerici arma portantes et vsurarii excōicent: quia arma clericorum sunt orones et lachrymē. vtz. xxiii. q. viii. c. cōuentor ipse. monachi autez intercepta monasterii arma sine sñia tenētes abbatis vel sup̄ioris ex iusta et rōnabili causa cōcessa ipso iure sunt excōicati. vtz in. c. ne in agro. de statu religi. in. cle. Excipiuntur hii religiosi quibus ex or-

A dine cõuenit bellare ꝯtra saracenos ⁊ infi
deles ⁊ sunt fratres ⁊ religiosi sancti Joã-
nis ⁊ ordinis sancti Georgij. Isti non sunt
subiecti hac lege. Dubitaꝛ vtruꝫ clericis li-
ceat aliquo modo arma portare. Uideꝛ ꝙ
non: quia iura iam allegata sunt in contra-
rium vt dicitur. xxiiij. q. viij. c. j. De episco-
pis vero vel quibustibet clericis ꝙ nec sua
auctoritate romani pontificis arma arri-
pere valeant facile probatur. Cum em̃ Pe
trus qui primus apostolus a dño fuit ele-
ctus materialem gladiũ eximeret vt magi-
strum a iudeorum iniuria defensaret: audi
uit. Conuerte gladiuꝫ tuũ in vaginã. Oĩs
em̃ qui acceperit gladium gladio peribit.
Ac si aperte ei diceret. Hactenus tibi tu-
isqꝫ predecessoribus inimicos dei corporali
gladio licuit persequi. Deinceps in exem-
plum patientie gladiũ tuum id est tibi ha-
ctenus cõmissum conuerte in vaginã: ⁊ spi
ritualẽ tm̃ gladiũ quod est verbũ dei ĩ ma-
ctatione veteris vite exerce. hec ibi. Respõ
dit glo. decreti super illo canone allegatũ
B recitando quatuor opiniões. Primi dicũt
ꝙ clerici possunt vti armis defensionis tã-
tum: vt clypeo ⁊ lorica: sed non armis im-
pugnationis ⁊ ense: lancea vel gladio pũ
gitiuo. Secundi dicunt ꝙ licet ea sumere:
sed non vti nisi causa defensionis: ⁊ quãdo
aliter euadere nõ pñt. extra de homi. c. in-
terfecisti. ⁊. c. sicut dignũ. ⁊. c. suscipimus.
Tertij dicunt ꝙ auctoritate pape possunt
hoc alias nõ. Sed Gratianus dicit ꝙ hoc
pñt per alios non in propria persona. xxiij
q. j. c. vlti. vt pridem. Hanc opinionem te-
net Bernardus ad Eugenium vbi de duo
bus gladijs disputat: quos ecclesia habet
dicens. Aggredere hostes ecclesie: nõ fer-
ro sed verbo. Quid tu denuo vsurpare tũc
tentas: quod semel iussus es reponere in
vaginam. Quem gladium qui tuum negat
non satis mihi videtur attendere verbum
domini dicentis. Conuerte gladium tuuꝫ
in vaginam. Tuus ergo est ⁊ forsitan tuo
nutu non tua manu euaginandus. Hec il-
le. Ideo dicit ꝙ licet clericis arma portare
in quatuor casibus. Primo pro defensione
sui ⁊ vehementissima cogente necessitate.
vt extra de regulis iuris. Quod non est li-
citum necessitas licitum facit. Secundo C
contra paganos iussu maioris sui vel vbi
habẽt iudiciariam potestatem. Et ſm hoc
intellige capi. Quicunqꝫ ex clero. xxiij. q.
vltima. §. His itaqꝫ respondetur. ⁊ capitu-
lo sequenti. Tertio pro defensione iusticie
de consilio episcopi. de peni. distin. v. capi-
tulo. falsas. Quarto pro feudo temporali.
xxiij. q. vltima. capitulo. si in morte. §. Ecce
Etiam clerici habẽtes iurisdictionem tem-
poralem indistincte possunt arma sumere
pro defensione sua ⁊ suorum: quia hoc per
mittunt iura. ⁊ probatur. xxiij. q. j. noli exi
stimare. ⁊. q. vltima. §. itaqꝫ respondetur.
Et in capitulo. suppliciter §. In registro.
Concordat cum hoc Bernar. in glosa sup
capitulo. clerici. Etiam si transeant per lo-
ca periculosa: tunc quidem possunt porta-
re arma ad terrorem latronum licet percu
tere non debeant. Ar. xxiij. q. iij. Maximi-
anus. Concordat cum hoc Hostien. in glo
sa ibidem. Debet ergo esse persona secula-
ris ⁊ non spiritualis. Recitat Paulus dia-
conus libro. xj. ꝙ valẽs imperator per mor-
tem Ualentiniani fratris sui tenuit impe- D
rium orientis ⁊ dedit legem ꝙ monachi mi
litarent: ⁊ nolentes iussit per tribunos et
milites fustibus interfici: quoꝝ innumera
multitudo precipue ĩ egypto martyrij pal-
mam consecuta est. Sed iam non est neces-
se cogere eos ad militandum: quia propria
⁊ peruersa voluntate nunc militant mun-
do ⁊ diabolo. Scdo dubitaꝛ vtrũ sacerdo
ti vl̃ alij homini licitũ sit occidere hoĩem se
defendendo. s. ne ab alio occidaꝛ. Et videꝛ
ꝙ sic. q̃a d̃r extra de ho. in cle. ca. vnico. Si
furiosus aut infans seu dormiẽs hoĩeꝫ mu
tilat vl̃ occidit: nullã ex hoc irregularitatẽ
incurrit. Idem censemus qui mortem ali-
ter vitare non valens suum occidit vel mu
tilat inuasorẽ. Hec ibi. Distinguunt autem
doctores dicentes: ꝙ illa necessitas aut fu
it euitabilis ⁊ poterat euadere: ⁊ tũc est re
us homicidij: ⁊ tanq̃ꝫ ꝑ mortali debet age
re pñiam: aut fuit necessitas ineuitabilis:
quia occidit hoĩem odij meditatione: ĩmo
cũ dolore animi se ⁊ sua liberãdo cum al̃s
non poterat euadere. Hic dicit̃ non pecca-
re: nec astringitur ad pñiam: nisi ad caute-

E lam ꝓpter ambiguũ duplicitatis. vt patet xxiij.q.v.ca.excõicatoꝝ. dicit glo. ibi quia debet timere in aliquo ne excesserit vel ne ex indignatione vel iracundia vel libidine vindicte motus fuerit: ⁊ non ex sola se defendendi necessitate: interiorem tamen pñiam semp debet habere: ⁊ q̃si suis peccatis ascribere. Bonarum quippe mentium est ibi culpã agnoscere vbi culpa nõ est. extra de homi.c.interfeciſti. Concordant in hoc Ray. Hanfre. Hostieñ. ⁊ Tho. in.ij. ij.q.lxiiij.arti.vij. Dicit qñ hõ intendit hominem occidere vt seip̃m defendat hoc est licitũ nisi ei q̃ publicã auctoritatẽ habet: qr dicit Aug.ad publicolã. ⁊ ponit.xxiij.q.v. c. De occidendis hoibus ne ab eis q̃q̃ occidatur: non mihi placet consilium nisi forte sit miles aut publica functiõe teneat: potest tñ vim vi repellere cũ moderatiõe iculpate tutele: q̃a plus tenet ꝓuidere vite sue q̃ alteri⁹: ⁊ ita ꝓter intentiõem defendẽtis si ille occidit non peccat. Item quilibet tenet sibi quantum socio. Sed ſm Ambro. li.j.de offi. ⁊ allegat.xxiij.q.iij.c.nõ in in-
F ferenda. Qui non repellit a socio iniuriaz qñ põt: in culpa est tam ille q̃ facit: q̃ ille q̃ non repellit. Et cõmendat de hoc moyses q egyptiuz interfecit hebreũ defendendo. Item licet a bestia se tueri ne perimat ip̃m etiã cũ morte bestie: sed homo volens aliũ occidere est peior bestia. vtz.j.Pol. Si ꝯ solũ intẽdit vite tuitionẽ nõ peccat ⁊ non intendit necẽ alteri⁹: sed in defensionem sui ⁊ aliq̃d mali tunc occidit: hoc est ꝓter intentionem suã. Pro reb⁹ aũt tpalib⁹ cõseruandis nullo mõ licet ꝓximũ occidere: quia vita ꝓximi ꝓferẽda est rebus fortune. Est ergo distinguendum intentio. Vel hoc fit ex instinctu nature: quia q̃libet res nititr se cõseruare: ⁊ sic est licitũ: q̃a oñe q̃d est de iure naturali est licitũ: vl fit ex instinctu nature informare ꝑ gr̃am innuẽs ꝓuari vita ꝓpter informationẽ luminis gr̃e ⁊ virtutũ ⁊ sic potius vult eum occidere q̃ occidi: ne dicat. In dimidio dieruz suoꝝ vadam ad portas inferi quia assidue orat ⁊ dicit. Ne reuoces me in dimidio dieꝝ meoꝝ. i. in pfectione luminis gr̃e ⁊ virtutũ. Et hoc est magis licitum q̃ illud q̃d ꝓmissum est. Vel est ex superfluo amore huius vite: vl ex odio q̃d cõcepit cõtra eũ: vel ex supbia eius qui verecundatur fugere inualorem. Vel sponte se ponunt in talem necessitatẽ: sicut faciunt latrones ⁊ adulteri. Et tunc simpliciter est illicitũ. Et sic loquit Aug. in ꝓcallegato.ca.vt.xxiij.q.v.de occidendis. Secundo debet esse ꝑsona virilis ⁊ nõ mulieb- 15
ris: sicut ꝓbat magr̃ Egidius li.iij.de regimi.princi.contra Socratem.qui dicebat mulieres esse instruendas ad opera bellica ⁊ deberent bellare sicut viri: assumens exemplum in bestijs in q̃bus tam mares q̃ fe mine bellãt. Sed q̃ reges ⁊ principes non debẽt mulieres ordinare ad bellica opera. patet ex tribus. Primo quia bellatores debent esse mente cauti. Jõ aliq̃n pauci cauti superant multos fortes. Sed mulieres deficiunt in industria: quia habent cõsiliũ inualidũ. Secũdo debẽt esse impauidi: respectu mortis. Item Gedeon solum elegit illos ad bella q̃ lingua lambuerũt aquas. sicut dicit Judicũ.vij. Sed mulieres sunt valde pauide ꝓpter defectũ caloris naturalis: q̃a sunt frigide cõplexionis. Tertio 16
debent esse corpe robusti ad arma portanda. Sed mulieres sunt debiles. Sed aliquando accidit q̃ sunt fortiores viris. sicut patuit in amazonibus: q̃ ſm Jsid. libro.ix. ethymo. fuerunt vxores gothoꝝ. Maritis suis in dolo interfectis viroꝝ suoruz arma arripientes ⁊ hostes virili animo aggresse: de maritoꝝ suoꝝ nece debitam sumpserũt vltionem. Nã oẽm masculũ a sene vsq̃ ad puulũ in ore gladij peremerũt: femias reseruantes ⁊ hostium spolia diripiẽtes ⁊ deinceps pariter sine masculoꝝ cõsortio viuere cõsueuerũt ⁊ decreuerũt. Que duas reginas sup se solebant hr̃e: q̃ꝝ vna procedens cũ exercitu cõtra hostes dimicabat: altera interim rempublicaz gubernabat: ⁊ effecte sunt tam feroces in breui bellantes q̃ magnã partẽ asie centuz annis dominio suo subiecerũt. Inter ipsas vero nullũ penitus masculũ viuere vel morari rõne aliqua ꝓmiserũt: ex finitimis tñ gentibus maritos sobolis gratia elegerũt. Ad quos statutis tẽporibus accedentes plem concepe runt. Sed tẽpore debito filijs conceptis ⁊

A geñeratis: si masculus erat mactabant: vel
pr̄ibus mittebant tp̄e congruo ⁊ a se rece-
dere coegerūt: filias vero sibi reseruantes
eas ad sagittanduz informabant. Et ne in
sagittaꝝ ictibus ⁊ in clypei vsu mammilla-
rum grossicie impedirentur: eis in septimo
anno vt dicit̄ sinistrā mammā exurebant.
Ideo dicunt̄ amasones quasi sine māma.
Et de illis legit̄ in historia Alexandri ma-
gni regina amasonū Alexandro postulan-
ti tributū ab eis ꝑ nuncios rescripsisse. De
tua prudentia est mirādū ꝙ cū feminis con
fligere voluisti ⁊ statuisti: q̄a si fauente no
bis fortuna succūbere te contingit: merito
es cōfusus cū a mulierib⁹ sis deuict⁹. Qđ
si iratis nobis dijs nos deuinceris: parū ti
bi cedere poterit ad honorem: quia de mu-
lierculis triūphasti. Sup̄ cuius responsiōe
regine in admirationem ductus rex glori-
osus dixit. Decens fore: non ꝑ gladiū ⁊ fu-
rorem mulieres vincere: sed potius ꝑ amo-
rem ꝓpter qđ libertatē eis cōcessit ⁊ ipsas
non violētia: sed potius amicitia suo impe-
rio subiugauit. Tertio caueat princeps ꝙ
B non habeat secū malos in bello qui non ti-
meant deū ⁊ mandata dei non seruāt ꝓut
ait Achor alloquens Holofernē Judith.
vj. Ubi cū recitasset bñficia dei populo ex-
hibita concludit. Nūc ergo inq̄t perquire si
est iniquitas aliqua eorū in conspectu dei.
Ascendam⁹ ad illos qm̄ tradet deus illos
tibi. Si aūt nō est offensio populi huius co-
rā deo suo: nō poterimus resistere ei. Nu.
xxiiij. Nolite timere deus nobiscum est. Et
Leui. xxvj. Si in p̄ceptis meis ambulaue-
ritis ꝑseq̄mini inimicos vestros ⁊ corruēt
corā vobis ecōtrario Josue. vij. dicit̄ ꝙ ꝓ-
pter peccatū vnius. s. Achor multi fuerunt
occisi de ppl'o. Qui vult ergo victoriam ha
bere in bellis: habeat deū secum. Exemplo
Abrae Moysi Josue ⁊ etiā Dauid. Quar-
to excludunt̄ de bello persone timide ⁊ for
midolose. de q̄bus Deute. xx. Qui edifica-
uit domū nouā ⁊ nō dedicauit eā ⁊ c̄. No-
ta ibidem de illis quatuor. Quinto stude-
at princeps ꝙ habeat secum in bello senes
⁊ prudentes. Ideo Alexander macedo to-
tam orbem terraꝝ aggressus est ⁊ innume
ras hostiū copias fudit: q̄a habuit secū do
ctam militiā. s. prudentes ⁊ exptos ⁊ vete- C
ranos. Ideo Xerses rex persarū sepe fuit
victus: licet haberet tot duces exercitus
quot p̄ multitudine numerari non possent
disciplinatos autem nullos. Studeat etiā
ꝙ sit inter eos amor ⁊ concordia ⁊ fideli-
tas. Vñ ait Julius cesar. Qui non laborat
vt sit militib⁹ charus militez nescit amare.
Ideo oportet eū multū dare militantibus
⁊ c̄. Secundū qđ requirit̄ ad bellū est ꝙ sit
licitum ⁊ iustū ⁊ iusta de causa. Ideo dicit̄
xxiij. q. j. c. Militare non est pctm̄: sed pro-
pter predam militare est pctm̄. Ibidez. No
li existimare neminem placere deo posse q̄
armis bellicis ministrat. Ex his enim erat
sanctus dauid: cui dñs tam magnū perhi-
buit testimonium. Ex his q̄plurimi illius
tēporis iusti. Ex his sanctus ille Centurio
qui dño dixit. Non sum dignus vt intres
sub tectū meū. Et. xxiij. q. ij. c. Justū belluz
est qđ ex edicto gerit̄ de rebus repetendis
aut ꝓpulsandoꝝ hostium causa puta si fit
offensus: ⁊ querēs iusticiam non inueniat.
vñ Aug. in li. lxxxiij. q̄stionū. ⁊ ponit̄. xxiij
q. ij. c. dñs nr̄. Justa bella diffiniri solent q̄ D
vlciscuntur iniurias. Sic gens vel ciuitas
petēda est q̄ vel vindicare neglexerit: qđ a
suis improbe factū est vel reddere qđ ꝑ in-
iuriā ablatū ē. Sed nūc milites paꝝ curāt
vtrū causa sit iusta vl' iniusta. de q̄b⁹ petr⁹
blesensis in epl'a. xlix. Ordo militū nūc est
ordinare non tenere. Naz cuius os maiori
verboꝝ spurcitia polluit̄ q̄ detestabili⁹ iu-
rat: q̄ minus deū timet: q̄ ministros dei vili
ficat: q̄ eccl'iam nō veret̄ iste hodie in cetu
militu z fortior ⁊ noiatior reputat̄. Sequit̄
ibidem. Olim se iuramenti vinculo milites
obligabant: ꝙ stare vellēt ꝓ reipublice sta-
tu: ꝙ in acie nō fugerent: ꝙ vita ꝓpria rem
publicam defensarent. Et olim tirones en
ses suos receperunt de altari vt ꝓfiterent̄
se filios eccl'ie atq̄ ad honorem sacerdotij
ad tuitionē pauperū: ad vindictā malefa-
ctoꝝ pr̄ieq̄ liberationē gladiuz accepisse.
Porro res in ꝯtrariū facta est. Nā exq̄ ho-
die cingulo militari decorant̄: statim insur-
gunt in christos dñi: deseuiunt in patrimo-
niū chr̄i spoliāt ⁊ depredant̄ subiectos cru
cifixi: ⁊ pauperes miserabiliter ⁊ immise-

E ricoꝛditer affligũt: vt in doloꝛib⁹ alienis illicitos appetit⁹ ⁊ extra oꝛdinarias impleant voluptates. hec ille. dicit Vegetius li. iiij. de re militari. Jurãt q̃dam milites per deũ ⁊ chr̃m eius ⁊ spũsanctũ ⁊ p maiestatem principis q̃ sm deum põsidet: se strenue facturos oĩa q̃ precepit princeps: ⁊ nũq̃ moꝛtem recusaturos p republica ⁊ p ecclesia: ⁊ cũ hoc iuramẽtũ faciũt ⁊ dicanꝫ cingulo militari. Et licet sint aliqui milites dicentes se non teneri ecclie ⁊ sacro solenni: q; iam ex cõsuetudine plerũq; nõ prestanꝫ nullus tñ est qui sacro tacito vel exp̃sso ecclesie nõ teneaꝫ obnoxi⁹. Forte ideo cessauit apud alios solennitas iuramenti: q; ad hoc hoꝛtatur eos necessitas fidei ⁊ auctoritas officij. Tales milites pro republica ⁊ defensione ecclie debent hostẽ ferire. Nihil nisi fugam timere: hyemem estũ ⁊ laborem ⁊ inopiã equanimiter tolerare: sub diuo ⁊ humo quiescere: ferrũ gestare: balnea nescire: delicias peꝛhoꝛrescere. Sed econtra milites moderni effeminati sunt pigri ⁊ delicati: ociis vacãtes: aleis ⁊ aucupiis insistentes: ⁊ in armis nitidioꝛibus plus q̃ securioꝛibus gloꝛiantes. Non tñ dico q; vituperanda sunt arma oꝛnata ⁊ fulgẽtia dũ tñ non fiant cã vanitatis ⁊ ostẽtatiõis gra quia legim⁹ machabeos habuisse clipeos aureos: sed hoc habuerunt ad eoꝛ magnificentiã ⁊ exercitationẽ mutuam ⁊ aduersarioꝛũ dissipatiõem: q; ex fulgoꝛe clipeoꝛ foꝛtitudo gentiũ dissipata est. Sed inaurare arma ex ostentatione ⁊ vanitate ⁊ pompositate femineũ est. vt ait Bernar. Poꝛtare in scuto ⁊ armis leonẽ depictũ ⁊ tñ esse foꝛmidolosum: signũ est falsissimũ. Operitis equos sericis depĩgitis hastas clipeos ⁊ telas frena calcaria auro ⁊ argẽto oꝛnatis. Militaria sunt hec insignia an potius muliebria oꝛnamenta. Alia tñ rõne voluit Julius cesar armari cõmilitones suos armis pciosis: vt metu damni se defenderent ⁊ ne ea pderent. vt vi in li. de vita cesarũ. Sed q̃d est de armis ab eccl'ia prohibitis: vt sunt baliste ⁊ alia? Vñr extra de sagittarijs. c. Unico. Illam artem balistarioꝛum moꝛtiferã ⁊ odibilez aduersus chr̃istianos ⁊ catholicos exerceri. Et v̄ cetero sub anathemate phibem⁹. Glo. Secus est de sarracenis ⁊ in bello iusto p defensione ecclesie. de illis dicit Fran. pe. de re. vtri. foꝛtu. Quod q̃ balistã pmo inuenit aut pauidus aut nocendi auidus ⁊ metuẽs fuit hostes. Foꝛtis bellatoꝛ congressum hostis exoptat quẽ sagittarius vitat. hec ille. Tertium q̃ requiritur ad bellũ iustũ est recta intentio scz vt bonũ pmoueaꝫ ⁊ malum euitetur: ⁊ mali compescanꝫ ⁊ coꝛriganꝫ. xxiij. q. j. ca. Quid culpatur in bello: an quia moꝛiũtur q̃ moꝛituri vt dominentur in pace victuri. Hoc em̃ hoĩm tumidoꝛ ⁊ non religioꝛ implacatus atq; implacabilis animus feritas rebellandi libido. Sequitur nocendi cupiditas: vlciscendi crudelitas: libido damnandi ⁊ c̃. Hec sunt que in bello culpãtur. Idem. ca. sequẽ. Militare non est peccatum sed ppter p̃dam militare est pctm̃. Sequiꝫ ibidem. Propterea quadam prudentia militibus stipendia constituta sunt: ne dũ sumptus queriꝫ predo grasseꝫ. Hec ibi. Sic cõiter nostri curiales bellant ea intentione vt possint rapere. cõtra canones xiiij. q. v. capi. Penale est occulte auferre: multo maioꝛis pene est visibiliter rapere. Ratio est: quia est magis cõtra voluntatẽ. Talis est peioꝛ vsurario: qa in vsura cõcurrit voluntas dantis: in rapina autem non. Tertio sunt paupeꝛ homicide. Eccl'iastici xxxiiij. Qui aufert panem acquisitũ in sudoꝛe: quasi qui occidit proximũ suum: quia auferunt ei bona temporalia in quibus vita eoꝛ p̃sistit. Quarto sunt peioꝛes diabolo: quia diabolus punit illũ solũ qui demeruit: sed illi puniũt nocentes ⁊ innocẽtes. Diabol⁹ punit ĩ inferno: sed isti hic in mundo. Audiui ab vno milite castrensi eum tot rapinas fecisse in iumentis ⁊ animalibus: q; ex eoꝛ ossibus castruz maius suo castro edificare faciliter posset. Et intulit quo mõ mihi possibile est vt ista restituam? Alius dixit. Tot equos rapui: q; si caudis connexi essent: possent ad tria miliaria extendi. De quibus Petrus Blesensis epl'a. xiiij. Hodie nostri curiales sunt in laboꝛe ⁊ in erumna: in vigilijs multis: periculis maris: periculis fluminum: periculis põtium: periculis montium: periculis in falsis fra-

A tribus: in mortibus frequēter: in fractione
⁊ lassitudine corporis atq; in alijs vite di-
scriminibus: in quibus gloriam martyrij
mererentur: si ⁊ hec ꝓ chr̄i nomine susti-
nerent. Nūc aūt sunt martyres seculi mun-
di professores: discipuli curie: milites dia-
boli. Per multas siquidē tribulationes in-
trant iusti in regnū celoꝝ. Hij aūt per mul-
tas tribulationes intrāt in infernū. Quin-
to sunt maledicti ab ecclesia. vt patz extra
de rapi. c. j. Etiam a proximo. Eccl̄i. xxxiiij
Unus orans ⁊ alius maledicēs: cui⁹ vocē
audiet dn̄s. Si vnus est q̄ orat pro eis: mul
ti sunt qui maledicunt. Erunt etiam male-
dicti a deo. Mathei. xxv. Ite maledicti in
ignē eternū. Si em̄ maledicit illis qui pro-
pria non tribuūt: quanto magis qui aliena
rapiunt. Dicit em̄. Esuriui ⁊ non dedistis
mihi manducare. Ori meo abstraxistis: ⁊
dedistis canibus ⁊ auibus. Nam auferunt
de ore dei: ⁊ ponūt in os diaboli. Sitiui ⁊
abstulistis mihi qd̄ debui bibere: imo quod
plus est sanguinem meū in pauperib⁹ bibi-
stis. Item hospes eram: ⁊ non me collegi-
stis: immo domum meam cōbussistis. Itez
B nudus fui: ⁊ non cooperuistis me. Immo
vos subtraxistis vestes meas. De quibus
vestris vxoribus fecistis fieri vestes candi-
datas. Et quandoq; trahunt etiam in cau-
da sua totam substātiam vnius pauperis.
Item infirmus fui: ⁊ nō visitastis me: sed
vos vulnerastis me. In carcere fui: ⁊ non
eruistis me: sed vos in carceribus crucia-
stis me: immo fregistis mihi crura brachia
⁊ oīa membra. Ergo dicet dominus. Ite
maledicti in ignem eternum. Dicit Eusebi-
us in chronica sua: ꝙ circa annum domini
M. c. xxiij. in pago ꝛvormaciēsi videbatur
per aliquot dies non modica armata mul-
titudo equitum eūtium ⁊ redeuntium nūc
hic nunc illic turmas facere. Circa nonam
vero horam cuidam monti a quo visi sunt
exisse videbant̄ se reddere. Tādē q̄dam in
regione illi⁹ non sine magno timore hmōi
tam prodigiose concioni crucis signaculo
munitus appropinquat. Mox q̄dā ex illis
occurrentē sibi ꝑsonā per nomē omnipotē-
tis dei nostri ad manifestanduz cām popu-
li q̄ sic apparet adiurauit. Cui ille inter ce-
tera. Non sumus inquit fantasmata vt pu- C
tatis nec militum turma vt videtis sed ani-
me militum non longe ante interfectorum
Arma vero ⁊ habitus atq; equi que pro no
bis prius fuerūt instrumenta peccādi: nūc
sunt nobis materia tormenti. Et vere to-
tum ignitum est qd̄ in nobis cernitis: q̄uis
vos id corporalibus oculis discernere non
possitis. hec Eusebi⁹. Tales etiā gloriant̄
de eoruz armis signis ⁊ insignibus: ⁊ post
mortē illa suspendunt in ecclesijs: cum qui-
bus tn̄ spoliauerūt eccl̄ias: q̄ potius debe-
rent suspēdere ante culum diaboli. Quar-
tū qd̄ requirit̄ ad belluz est auctoritas. Jō
dicit. xxiij. q. j. c. q̄d culpat̄. vbi dicit Aug.
Ordo naturalis mortaliū paci accōmoda-
tus hoc poscit vt suscipiēdi belli auctoritas
atq; consiliū penes principes sit. Nullus er
go bellare pōt nisi auctoritate principis. vt
patet manifeste ī iure ciuili. Similiter prin-
ceps ecclesiastic⁹ pōt indicere bellū. vt ptz
xxiij. q. viij. c. Igit̄. ⁊. ca. Jō. ⁊. c. se. Sed
bella nūc fiūt magis ex p̄ncipe maloꝝ. i. de
monū q̄ hoīm. Ideo recitat Aug. li. ij. de
ciui. dei. c. xxv. ꝙ in planicie campanie de- D
mones: quos romani deos crediderūt visi
sunt pugnare: vt ostenderent bella ciuilia
eis placere: ⁊ audaciā darēt pugnandi. Et
postea ibidem magnū bellū fuit secutuz. vt
dicit Marti. in chroni. ꝙ anno ab vrbe con
dita. cccccxlj. Hannibal cum romanis infe
licissime pugnauit apud cannosam Apulie
vicum. In qua pugna. xliiij. milia romano
rum interfecti sunt. Hannibal vero in te-
stimonium tante victorie tres modios anu
lorum aureoruz Carthaginem misit: quos
ex manibus nobilium interfectorum extra
xerat. Et sicut dicit Orosius. Intantū de-
sperauerunt rhomani ꝙ fugere ab vrbe vo
lebant: nisi Scipio eos coercuisset. Legi-
tur in speculo historiali. libro. xxvj. cap̄. xix
Cum Henricus tertius celebraret penthe
costen apud Maguntiam paulo ante mis-
sam: cum sedilia pararentur in ecclesia or-
tum est iurgium inter cubicularios archi-
episcopi ⁊ abbatis vuldensis cenobij: quo-
rum dominus iuxta imperatorem sederet.
Nam vuldense cenobium in saxonia sancti
Galli corpe insignitū ⁊ p̄dijs est ditatū ꝑ-

E magnificis. Cui⁹ loci abbas sexaginta milia armatoꝝ prebet in hostes imperatori: ⁊ habet ex antiquo priuilegio vt ī magnis festiuitatibus ad dexterā eius sedeat. Itaq; ventum est ad pugnam: furoreq; per ecclesiam grassante: pauimentum sanguine inundauit. Sed statim episcopis conuolantibus pace inter aliquos dissidentes facta templum purgatū est: ⁊ missa festiuis clamoribus est acta. Sequentia autem cantata ⁊ vltimo eius versu dicto. s. hunc diem fecisti gloriosum: vox ab aere lapsa est: hūc diem ego feci bellicosum. Rigentib⁹ omnibus pre timore imperator diligenter intelligēs leticiā diaboli resumpsit missam. Quīto debet fieri propter pacem. xxiij. q. j. cap̄. Noli. Ubi dicit August. Non em̄ pax queritur vt bellū exerceat̄: sed bellum geritur vt pax habeat̄. Sed quare in ꝛvestphalia raro vel nūq̄ est pax. Rn̄r ꝓpter q̄tuor. Prīo ex mala cōstellatiōe qꝛ hic mars habet suū dominiū magis q̄ alibi: qui est deus belli. Secūdo quia hic nō corrigunt̄ mali raptores. Un̄ Bern̄. Impunitas ausum parit ⁊ ausus excessum. Tertio q̄a nō solum impuniti: sꝫ etiā honorati ⁊ reputati sunt. Ideo dicit Boe. li. j. de cōsol̄. ꝑsa. iiij. Flagitiosum quēq; ad audendum q̄dem facinus impunitate ad efficiēdum ꝟo p̄mijs incitari. Quarto ex pluralitate ⁊ diuersitate dominantiū nō subordinatoꝝ. Sicut in monarchia ē pax ita ī pluralitate discordia. Stātibus his quinq; cōditiōibus bellum est iustum ⁊ bellans excusat̄ de homicidio. Sextū q̄d magis in bellante requirit̄ est deuota oratio ad deū: ⁊ diuini auxilij īuocatio. Cui⁹ exēplū patet in Abraam bellāte ꝯtra q̄nq; reges. vt Gene. xiiij. dicente Ps̄. Non saluabit̄ rex per multā virtutē: neq; gigas in multitudine virtutis sue. Secundū exēplum ptꝫ in moyse Exod̄. xvij. qn̄ populus israel voluit pugnare cōtra amalech: tunc quādo moyses eleuauit manū suā vīcebat israel. Tertiū exēplū patet. j. Reg. vij. Cū filij israel voluerūt pugnare cōtra philisteos dixerūt ad Samuelē. Ne cesses clamare ad dn̄m nostrū vt saluet nos de philistinorū manu. Tulit igit̄ Samuel agnum lactantem ⁊ obtulit illū in holocaustū ⁊ clamauit Samuel ꝑ israel. Et audiuit eū dominus ⁊ introiuit dn̄s fragore magno in bello super philistijm ⁊ exterruit eos: ⁊ cesi sunt multi a filijs israel. Idē patet de Sennacherib. iiij. Regum. xix. Ubi dixit Sennacherib ad Ezechiam. Non te seducat deus tuus in quem habes fiduciam: neq; dicas. Non tradetur hierusalem in manu regis assyrioꝝ. Sequitur. Cum accepisset litteras rex Ezechias ascendit in domum dn̄i: ⁊ expandit eas coram dn̄o ⁊ orauit dicens. Dn̄e deus israel: qui sedes super cherubin: tu es deus solus ⁊ regum oīm terre tu fecisti celū ⁊ terram. Inclina aurē tuaꝫ ⁊ audi. Aperi oculos tuos ⁊ vide ⁊ audi verba Sennacherib qui misit: vt exprobraret nobis deū viuentē. Sequitur. Saluos fac nos de manu ei⁹ domine deus noster: vt sciant om̄ia regna q̄a tu es deus solus. Et ꝑcussit angelus de exercitu Sēnacherib. clxxxv. milia hominū. Quīto patet de Judith. c. ix. Que ingressa est oratoriū suum induens se cilicio ⁊ posuit cinerē super caput ꝓsternēs se ⁊ dicēs. Non est in multitudine virtus tua: neq; in equorū viribus voluntas tua. Nec superbi ab initio placuerūt tibi: sed humiliū ⁊ mansuetoꝝ tibi placuit semꝑ deprecatio. Deus celoꝝ creator aquaꝝ ⁊ totius creature exaudi me miseram deprecantem: ⁊ amputauit caput Holoferni. Sexto patet de Josaphat. ij. Paralip. xx. Nota historiā. Septimo patet de Juda machabeo. qui ⁊ ipse orauit ⁊ obtinuit victoriā. Et qn̄ nō orauit cōuersus est in fugam. Sil̄e ptꝫ ꝑ Aug. v. de ciuita. dei de Theodosio contra Eugenium ⁊c̄.

Explicit preceptum quintum.

¶ Incipit preceptum sextum.

Non mechaberis. Istud preceptuꝫ cōgrue sexto loco ponitur: q̄a sicut sexto die homo fuit creatus sic in sexto precepto prohibetur eius inordinata generatio. Istud enim preceptum immediate sequitur illud. Non occides: quia maius peccatū est hoīem offendere in ꝑsona coniūcta: q̄d fit ꝑ mechiā q̄ in bonis tꝑalibus q̄d fit per furtū. Et mi

A nus est pctm̄ offendere hoīem in persona si
bi cōiuncta q̄ꝫ in ꝑsona ꝓpria: qđ fit per ho
micidiū. Qđ patet tripliciter. Primo quia
ꝓximus plus ledit̄ ⁊ charitati ꝓximi ma-
gis opponit̄. qđ patet. Naꝫ per homicidiū
offendit̄ hō in propria ꝑsona: ⁊ tollit̄ vita
ꝓprie ꝑsone. Per mechiā vero offenditur
in ꝑsona cōiuncta: q̄ est q̄si vna caro cū eo.
Constat aūt ꝙ magis repugnat charitati
proximi offendere eū in persona propria: ⁊
destruere vitā eius: q̄ꝫ in persona sibi cōiū-
cta. Potissime etiam q̄a mechari procedit
ex ardore carnalitatis: ⁊ multo plus repu-
gnat charitati proximi liuoris crudelitas
q̄ꝫ ardoris carnalitas. Grauius ergo pec-
catū est occidere q̄ꝫ mechari. Secundo per
ipsum homicidiuꝫ maius bonum tollit̄: qđ
patet: qꝛ per mechari tollit̄ bonuꝫ ꝓlis na-
scende vel ꝓducende: ꝑ occidere vero tol-
litur ⁊ destruit̄ iā natus ⁊ ꝓductus. Ma-
ius ergo bonū destruit̄ ꝑ homicidiū q̄ꝫ per
adulteriū. Tertio ꝓpter euitationem eius
aliud pctm̄ licite cōmittit̄ anteq̄ꝫ illud per-
B petratur. Qđ sic ostēdit̄. Querit em̄ Aug.
li. j. de ciui. dei. c. xxiiij. Si mulier aliter nō
pōt vitare corruptionem: nisi interficiet se
ipsam: debet ne seipsam interficere anteq̄ꝫ
se ꝑmittat violari aut corrumpi? Et rn̄det
ꝙ castitas mentis tolli non pōt ꝑ violatio-
nem corporꝫ: imo magis coronat̄. Unde di
xit beata Lucia Pascasio. Si me inuitam
feceris violari: castitas mihi duplicabitur
ad coronam. Sed dato ꝙ dubitaret vel ti-
meret ꝙ in cōmixtione per violentiaꝫ acce
deret cōsensus mētis: deberet ne sic timen-
do occidere corruptorē. Rn̄det Augusti. ꝙ
illud nō est aliud dicere q̄ꝫ peccem⁹ nūc ne
forte postea peccem⁹: ⁊ nunc ꝑpetrem⁹ ho-
micidiū ne forte deueniamus in adulteriū
qđ est vt ait detestabile ⁊ dānabile facin⁹.
Et nūc cōcludit August. ꝙ satius. i. minus
malū est de futuro adulteriū q̄ꝫ de pn̄ti ho-
micidium. Et cām subdit: qꝛ satius est flagi
ciū ⁊ facili⁹ qđ penitēdo sanat̄ q̄ꝫ tale vbi
locus salubris pn̄ie non relinquitur. Istud
etiā dicit glo. exp̄sse sup illo verbo Deute.
xx. Si acceperit hō vxorē: ⁊ non inuenerit
gr̄am in oculis eius: scribat in manu ei⁹ li-
bellū repudij ⁊ c̄. vide inq̄t quātū maluꝫ est
homicidiū: ꝓ quo multa adulteria toleran C
tur vt vitet̄. Ergo maius pctm̄ est homici-
diū q̄ꝫ adulteriū: ac ꝑ hoc homicidium pre-
cedit istud p̄ceptum. Non mechaberis. Et
ꝟm Aug. ꝓhibet oēm illicitū concubitum ⁊
illoꝝ mēbroꝝ oēm illicitū vsum: ⁊ omnem
immūditiā carnis ⁊ illicitā ꝯcupiam eius.
Circa qđ notandū ꝙ octo modis peccatur
contra illud p̄ceptum. Non mechaberis. si
ne actu. s. cōsentiēdo: loquendo: osculando
amplexando: videndo: corpus ornando:
munuscula dando: auxiliādo. Primo com-
mittit̄ consentiendo in actum. s. si facultas
adesset. Un̄ sicut in primo parente peccan-
te concurrebant tres ꝑsone. s. diabolus in
specie serpētis qui suggessit mulieri: ⁊ mu
lier dedit viro: ⁊ vir comedit de pomo ve-
tito: ⁊ tunc peccatū consummatū fuit. Sic
perficit̄ peccatū i nobis. ꝟm Augusti. quia
suggestio serpētis est primus motus in no-
bis ex fomite ꝓueniēs. s. cū hō habet turpē
cogitationē sine delectatione: ⁊ tūc nulluꝫ
est pctm̄. vn̄ Grego. sup Ezech̄. Quātūcū-
q̄ꝫ immūda cogitatio sit: mentē non polluit
si rō non consentit. Ergo non debem⁹ mul- D
tum turbari: si tales turpes imaginatiōes
inciderim⁹: dūmō volūtas non consentiat.
Un̄ Bern̄. in li. medita. Demonū est tenta
tiones immittere: nostrū est illis non cōsen
tire. Scđo concurrebat ibi comestio mulie
ris: ⁊ hec est delectatio sine cōsensu plene
rationis: ⁊ tūc est pctm̄ veniale. Tertio ibi
concurrebat comestio viri: ⁊ hec est dele-
ctatio ⁊ ꝯsensus i morosam delectationē.
Sicut em̄ cū quis delectat̄ cū plena ratiōe
in malis cogitationibus: ⁊ in eisdem se in-
uoluit: tūc talis morosa delectatio est pec-
catum mortale. Et vocatur morosa dele-
ctatio: non ꝟm moram vel diuturnitatem
temporis: sed magis ex eo ꝙ ratio delibe-
rans circa ea immorat̄ ipsam tenens: nec
eam repellit q̄ꝫ statim vt animum attigerit
repellere debuerat: sic̄ faciunt multe reli-
giose virgines. Et quedam vidue infeli-
ces: que deo in castitate firmiter seruire ꝓ
miserunt adhuc in lasciuis cogitatiōibus
⁊ carnalibus spurcitijs delectant̄. In quo
casu mortale peccatū incurrunt. Si em̄ ali-
quis morose in carnali delectatione dele-

Ectatur: etiã si nunq̃ volũtas adesset talem turpitudinẽ perficiẽdi in opere: adhuc fm Aug. peccatũ mortale incurrũt. Cuius ratio est: qr talis cogitatio morosa includit in se deformitatẽ peccati mortalis. Ideo cum volũtas p cõsensum z deliberationẽ rationis in talem interiorẽ delectationem inclinatur ipsam acceptando: z in ea delectando: constat q̃ inclinatur in obiectum deforme peccati mortalis: z p cõsequẽs talis inclinatio voluntatis in delectationẽ interiorem turpis actus est peccatum mortale. Hec dicit Henricus de vrima: in codẽ precepto. Maius peccatũ est talis consensus in actũ turpem: si adest psona locus z tps. Scdo cõmittit locutiõe vel risu: cũ quis loquit aut arridet alicui psone ea intẽtione: vt eam alliciet ad actũ illicitum: sic peccat mortaliter. Verbi gra. Si quis verbum loquitur ociosuz ea intẽtione vt personã illã ad actum illicitum alliciat: tunc tale verbũ ociosum est sibi peccatum mortale ꝓpter malam intentionem. vt patet Luce. vj. Ue vobis qui nunc ridetis. Si quis autem arF rideret aliquã personã ꝓpter noticiam vel ex quadam leuitate vl cõsuetudine vel admiratione vel ioco: tũc peccat vix venialiter. Sciendũ q̃ aliqne etiã mulieres qñq̃ z virgines sepe loquunt verba scurrilia z luxuriosa: z est valde reprehensibile: z per hoc ostendunt q̃ habent corda valde impudica, qr dicit Math. xij. Ex abundantia cordis os loquit. Super quo dicit Chrysostomus. Quale cor habz vnusquisq̃ talia verba loquit z opat z taliter viuit. In signũ hui⁹ spũales psone z homines deuoti sepe nominãt deũ z beatã virginẽ: z loquuntur tm̃ licita: qr habent corda pudica. Sed oppositum faciunt impudici z pferunt verba scurrilia z luxuriosa. Tertio cõmittit osculando z amplexando: z hoc vocat fm apostolum turpitudo. Et fm magistrum in cõpendio theologice veritatis: tanto maius est peccatum: quanto libido magis per talia accenditur. Et hoc contra septimum errorem Bachardor. qui allegatur in Clementi. extra de hereti. c. ad nostrũ. in quo dicitur q̃ mulieris osculũ cũ ad hoc nõ inclinat natura est mortale peccatuz. Actus aũt carnalis cum ad hunc inclinat natura peccatum non est: maxime cum tentat exercens. Ubi dicit Joannes Andree super verbo osculum. Sciendum inquit q̃ peccatũ mortale potest dici dupliciter. Uno modo fm suã spẽm: vt furtũ: adulterium z periurium. de iureiurã. c. z si christus. Et hoc modo oscula z amplexus z tactus nõ sunt pctã mortalia: cũ possint absq̃ libidine fieri. Uel ex cõsuetudine regionis: vl ꝓpter pacem: vel aliam necessariam vel rationabilem causam. Alio modo dicitur mortale ꝓcedens ex inordinata z mala causa. Unde peccat mortaliter dans elemosynã pauperi: vt illũ ducat i heresim. Cum ergo nõ solũ deliberatus consensus in actũ peccati mortalis: sed etiã i delectationẽ ei annexã fm Aug⁹. z theologos sit pctm̃ mortale si oscula libidinosa z amplexus z tactus fiunt ꝓpter delectationẽ z libidinem sunt peccata mortalia. vt etiã tenet Tho. scda scde. q. cliiij. arti. iiij. Nec mirũ cũ id etiam dicat de libidinoso aspectu. vt ptz. xxxiij. q. v. nec solo. Et falsa est ratio eor. Si em̃ aliquid esset mortale: quia natura ad hoc non inclinat. Ergo ieiunare z peregrinari essent mortalia: quod est insanum: ergo nõ semp natura inclinat ad illa ordinate: sed inordinate. Ideo dicit. xxvij. q. j. cap. Nec aliqua. Ubi dicitur q̃ ipse complexus ipsa cõfabulatio z osculatio z cõiacentiũ duorum turpis z feda dormitio quantũ sit dedecoris z criminis confitentur. ¶ Quarto fit videndo: cum quis ea intentione inspicit q̃ eam concupiscere velit. Math. v. Qui viderit mulierem ad concupiscendaz eã: vt scz cõcupiscẽtia trãseat in affectũ cordis z in consensum rõnis: z etiã si opportunitas assit facere disponat: iam mechatus est eam i corde suo. verbi gra. Si quis vna die centũ dom⁹ intraret: z in qualibet domo talem sibi per visum acquisierit: tot peccata mortalia cõmitteret. Ergo necessaria est custodia oculorum. Primo quia veloces sunt ad nocendũ aie. Jõ predonibus comparant. Treñ. iiij. Oculus meus depdat⁹ est aiam meã. Item Gene. iij. Uidit mulier lignũ qđ pulchrũ erat ad vescendum. Unde Grego. Nõ em̃ eua lignũ cõtigisset nisi pri-

A us incaute respexisset. Ideo ppheta Dauid cecidit in adulteriū: qa vidit mulierem se lauantem. vtz. j. Reg. xj. Ergo mulieres deberēt crura z māmillas abscondere ne puocarēt viros ad malā cōcupiscentiā. Et etiā viri non deberent incedere impudice in pīsentia mulier. Sūt ergo oculi custodiendi dicente Job. xxxj. Pepegi fedus cum oculis meis ne quidem cogitarem de virgine. Quia oculi sunt q̄si due porte in castro corporis nr̄i. Qui em̄ habet portas alicuius castri: habet ipsum castrum. Sic si diabolus habet oculos nostros: tūc habet castrum corporis nr̄i: ac per hoc consequēter deus nihil habet in homine. Scdo sunt custodiendi oculi z visus ex pte mulierū: qa a planta pedis vsq; ad verticem capitis nō est locus in ea ordinatus: quin sit laqueus diaboli ad capiendas animas. Unde dicit Eccli. ix. Non respicias mulierem comptā: ne forte incidas in laqueū eius: quia diabolus vtitur mulieribus pompose ornatis tanq̄ retibus z gladijs ad capiendas animas. Fuit quidam rex z habuit filiū z dicebāt ei medici peritissimi: q̄ si puer ille infra decē annos videret solē vel ignem: omnino lumine priuaret: hoc em̄ oculorum ei⁹ dispositio significabat. Rex autez vt audiuit incidi fecit spelūcam in quadā petra in qua filiū suū inclusit: vt nullo mō infra decem annos solem videret. Finitis autē decem annis de antro puer educitur: nullam mūdialiū rex habēs noticiā. Tunc rex iubet oīa sibi sm̄ genus suū exhiberi z ostendi viros quidem in vno loco z in alio mulieres. Hic aurū z argentum: ibi margaritas z lapides pr̄ciosos z vestes cādidas. Interrogante aūt ip̄o quid vnūquodq; vocarēt: ipsi ei omnia indicauerūt. Cū autez mulieris nomen addiscere anxie quereret ferē spicari⁹ regis ludendo dixisse: eas demones esse qui seducunt hoīes. Cor autez pueri illax desiderio plus q̄ ceteris rebus anhelabat. Cūq; ostēsis sibi oīnibus ad regem eum adduxissent. Interrogabat rex filium suū quid amplius amaret ex omnib⁹ que viderat. Respondit q̄ demones qui seducunt homines pr̄e ceteris magis amaret: ergo visus est custodiēdus. ¶ Quinto

B corp⁹ ornādo. Prouerbio. vij. Ecce mulier occurrit illi in ornatu meretricio: p̄parata ad capiendas aīas. Hiero. Gladius igneus est spēs mulieris pōpose ornate. Eccli. ix. Non respicias mulierem comptā: ne forte incidas in laqueum eius. Nam talis ornatus est signū luxurie. Sic vbi est magn⁹ fum⁹ signū est q̄ ibi est magnus ignis. Sic vbi est talis ornatus superfluus signuz est q̄ ibi est magnuz incendium luxurie. Ubi em̄ pendet amphora ante ianuam: signum est q̄ ibi venditur ceruisia. Aut circulus q̄ ibi vēditur vinum. Et quando aliquis equus est venalis: ponitur surculus viridis ei in capite. Sic iste sunt venales. Non debent ergo isti boni socij interrogare an sint venales sed quantū valeāt. Iste ornatus est rethe diaboli: quo piscatur infinitas animas. Sed dicunt quedam. Nos habemus in ornatu bonam intentionem. Cuibus respondetur q̄ habet diabolus malam: quia est instrumētū suū: quia dicit extra de iu. iur̄. z damno dato. ca. si culpa. Qui occasionem dāni dat damnuz dedisse videtur. Sed quid est faciendum cum viderit perso- D nam sic superflue ornatam. Respondetur q̄ duo sunt cogitanda. Primo q̄ nūq̄ tantaz curam habuisti ad ornandā animam tuaz eternaliter victuram z ad complacendum deo: sicut illa persona habet ad ornandum corpus suum putridū z mortale z ad complacendum mundo. Et sic dolere debes de accidia z negligentia istius anime: quam pompose vides incedere. Sic legitur in vitaspatx de quodam sancto patre. Qui cū vidisset ornatum cuiusdaz mulieris fleuit. Ignosce mihi inquit omnipotens deus q̄ vnius diei huius mulieris ornat⁹ superauit totius vite mee industriā ad ornādam aīam meā. Et quidam alius videns mulierem fleuit. Et interrogantibus causam fletus ait. Due res me mouent. Una de eius perditione. Allia quia nō habeo tale studiū placendi deo: quale studium habet ista vt hominib⁹ placeat. Secūdo est cogitanduz q̄ pulchre facies in celo sunt z quomō ornabuntur stola glorie. Si ille moralis qui nūc est z cras moritur tā pulcher est ad videndum: quid tunc est de immortalib⁹ post

E iudicium eternaliter viuētibus. ¶ Sexto habet fieri auxiliando: vt sunt vetule truffatrices que sunt mediatores ⁊ consiliatores: quod est peccatū magnum ⁊ sunt similes diabolo: quia sicut diabolus instigat: sic ⁊ ip̄e instigant ad malum. Secūdo sunt peiores diabolo: quia quod diabolus perficere nō potest ꝑ se hoc ipse ꝑficiūt. Tertio sunt serpentes diaboli quia sicut diabolus per serpentem decepit Euā: sic ꝑ ipsas demon decipit ancillas. de quib⁹ ait Ps̄. Acuerunt linguas suas sicut serpentes: venenū aspidum sub labijs eorum. Legit̄ in libro de disciplina clericali. ꝙ quidam nobilis habuit castā vxorem ⁊ speciosam. Contigit autem ip̄am ire oratiōis gratia. Qui aūt iuuenis mulierē ipsi⁹ adamauit ardentius: quā verbis sollicitari cepit. Iuuenis aūt se ꝯtēptū vidēs p̄ nimio dolore pariter ⁊ amore decubuit. Altera aūt die dum in platea languidus ⁊ anxi⁹ expectaret: ecce anus habitu religioso īduta iuueni obuia fuit. Et illa de tanta mesticia interrogauit ipsum. Respondit. Pre amore illius mulieris diutius egrotaui ⁊ ei cōsentire noluit. Rn̄dit anus. Ego cū adiutorio tibi auxiliabor: ⁊ abijt. Igit̄ caniculā quaꝫ apud se habebat duobus diebus ieiunare fecit: ⁊ tertia die panem cum sinapi cōfectū ieiunāti cani dedit: quē cū gustaret p̄ nimia amaritudine oculi ei⁹ ceperūt lachrymari. Tunc vetula domuꝫ illius pudice mulieris adijt ⁊ honorifice pre magna religiōis specie ab ipsa suscepta est. Hanc autē secuta est sua canicula: quā cū vidisset mulier lachrymātē: cām req̄siuit. Anus ait. Ne queras hoc charissima. Hec (quam vides caniculam) mea fuit filia casta nimis ⁊ decora: quam quidā iuuenis adamauit ⁊ nihil ipse apud ipsam amoris obtinere potuit. Qui ꝑ amore grauiter sauciat⁹ in lecto decubuit. Pro qua culpa ordinante deo filia mea canicula facta est. His dictis anus singultiendo lachrymas fudit ⁊ dolorem nimium simulauit. Ad hec pudica dn̄a similis peccati cōscia. Quid inquit factura sum: me etiaꝫ dilexit iuuenis ⁊ sibi eodem modo accidit. Cui anus dixit. Consulo tibi vt illum amorem foueas vt eum periclitari nō sinas: ne tibi forsitan contingat sicut huic filie mee. Sic mulier pudica ex cōsilio vetule iuuenē admisit: ⁊ diu seruatā castitatis famā perdidit seq̄ fedauit. Mirādum est certe ꝙ lex ciuilis non punit tales: cū tn̄ puniat furē ꝑ re modica. Lex em̄ Moysi in leuitico precepit ꝙ si q̄s hoīem furatus fuerit ⁊ vendiderit sine vlla misc̄dia moriat̄. Qua ḡ pena plectenda est illa mediatrix q̄ sic animā puelle tradit diabolo ⁊ corpus lenocinio? Fuit quidā faber lignarius habens mulierē pulchrā ⁊ bonam. In hanc quidā diues oculos iniecerat: misitq̄ ad eam vetulam nephādā: q̄ intrās domū ei⁹ ⁊ circūductis oculis fatigatam se plangit. Querit iuuencula cur venerit. Et vetula. Si ipsa sis nescio talis noīs: talis matris filia quā habere me credo in ista vicinia consobrinā. Cui iuuencula. Si sum nescio: talis mulieris filia sum. Et vetula ruens in oscula iuuēcule. Bn̄ inq̄t assil̄aris optīe mr̄i tue. Tu aūt qualem virū habes? Bonū inquit fabrum lignarium. Tunc vetula cum gemitu. Heu inquit optime tue matris filia: quomō ad istū miseruꝫ deuenisti fabrū: q̄ tot magnos in pericula tua habuisti: ⁊ sic recessit. In q̄rto die reuersa est. Uere inq̄t multum sollicitor vt post infortuniū tuū saltē copiosius rebus valeas abundare. Inueni ergo viā qua hoc fieri poterit: si consentire velis. Est in ciuitate ista vir diues ⁊ potens qui vt mihi heri dixit cuꝫ tuum infortuniū deplorarem sup oīa diligēs concupiscit. Cuꝫ isto habebis quicq̄d corpori placere potuerit: veni ergo mecū ad eccl̄iam. b. virginis. Nihil iuuēcula suspicans mali iuit cum ea. Et cū ante portā diuitis transiret vt preordinauerat vetula trahit̄ iuuencula ⁊ rapit̄ in cōclaui: ⁊ ibidē angustiat̄ ad cōsentiēdū diuiti. Ad aures igit̄ vetule inclinauit iuuencula dicens. Mihi contigit iuxta ꝯsuetudinem feminarū. Nunc ergo liberes me: spondeo cras reuerti. Uadit ad domum ⁊ p̄ꝑauit de vicinis tres fortes feminas cuꝫ scobis: ⁊ venientē feminā percutiunt vsq̄ ad sanguinis effusionē. Audiūt cūcti q̄d factū: ⁊ in magna gl̄ia ⁊ fama iuuencula extollit̄. ¶ Septimo habet fieri donando cū q̄s alicui ꝑsone aliq̄d clinodiuꝫ dat: ea in-

tentione vt sic eā ad malā cōcupiscentiaz ꝛ
actū inclinet. Talis sic dās sibi siue sit pro
nouo anno siue ꝑ alio tpe: peccat mortaliter ꝑ mala intentiōe. Immo mechanicus qui ꝓparat vel vendit tale clinodium: q̄ sic certitudinaliter scit eos velle abuti: reus ē illius peccati. Insuper nuncius qui est mediator illaꝝ personarū: ꝛ omnes tales recipientes tenē tur ad restitutionem. Si clericus fuerit ꝛ dederit de bonis ecclesie vel monasterij: tenetur restituere monasterio: ꝛ si habeat vxorem tenetur restituere vxori. Sic pariformiter si mulier dederit aliq̄d viro alteri: tenetur restituere: nisi dederit de bonis parafernalibus amasio suo. Si autem mulier est soluta ꝛ sui iuris: ꝛ dederit amasio aliquid de rebus ꝓprijs: licet honestum sit q̄ illud expendat in pias causas: non tamen credo q̄ teneatur restituere nisi velit. Poterit tamen etiam restituere ei qui dedit q̄ melius videtur si peniteat. ¶ Octauo habet fieri cantando ꝛ cantica secularia de amore carnali componendo. De hoc nota supra in quarto ꝓcepto de cantu in primo membro.

ꝓpter virtutis virginalis putationem. Pri
mo ꝓpter leguz grauē punitionē: vt est lex
mosayca. de q̄ Exō. xxij. Si seduxerit q̄s
inquit virginē necdū desponsatam: dormi
eritq̄ cum ea: dotabit eam ꝫ habebit eam
B in vxoꝛem. Si pater eius dare noluerit pe-
cuniā reddet iuxta modum dotis quā vir-
gines accipe cōsueuerant. Dicit Nicolaus
de lyra sup illud: si pater virginis dare no-
luerit eo q̄ puella nobilioꝛ ē aut ditioꝛ aut
alia de causa: reddet pecuniam scz q̄ dece-
pit eā iuxta modū dotis quā vir. ꝛc. Et est
quinquaginta siclorum argenti. vt habetur
Deutero. xxij. de virgine corrupta ab ali-
quo anteq̄ sit affidata viro. Ita q̄ duplex
est ibi dos. Una que dat vxoꝛi. Alia q̄ dat
patri. hec Lyra. Hoc idem etiam dicit sub
eisdem verbis. extra de adulterio ꝫ stupro
ca. si duxerit. Dicit glo. sup verbo dotabit
eā ꝫ donationez ꝓpter nuptias assignabit
ei. Vel ꝓprie potiꝰ: qꝛ dabit pecuniā mulie-
ri: quaz retinebit sibi ꝓ dote q̄ fieri pōt. ff.
de donati. inter vi. ꝫ vxo. l. si q̄s vxoꝛē. Si
ue etiam cū ea nō cōtrahat nihilominꝰ ha-
bebit illā pecuniā. vt sequit in lra. Idez dꝛ
sup verbo. iuxta modū dotis. q̄ estimabit
iuxta facultatē illius ꝫ dignitatem puelle.
C. de epali. audi. l. penuk. Si ipse eā acci-
pere noluerit dicēdū q̄ tūc faciēdū est sicut
dicit extra de adul. ꝫ stupro. c. puenit. vbi
scribit Grego. epo sipontino, Peruenit ad
nos q̄ felix quādam virginem stupro dece- C
pit: q̄ si verū est ꝯ̄uis esset de lege plena
plectēdus: nos tñ aliquatenus legis duri-
ciem mollientes hoc mō disponim⁹ vt aut
quā stupr̄auerit vxoꝛē habebit: aut si renu-
erit coꝛpaliter castigat⁹ excōicatusq̄ in mo
nasterio in q̄ agat pn̄iam retrudat de quo
nulla sit egrediendi sine ꝓceptiōe licentia.
hec ibi. Dicit glosa super verbo. virga casti
gatus. ꝑm quod visum fuerit iudici aut ꝑm
leges releget: si vilis persona fuerit verbe-
retur in institutis. ꝫ. §. sinaūt stupr̄auerit.
Et est stupr̄ū ꝓprie in virgie. vtz. xxvj. q. j.
ca. j. Itē sup ꝟbo excōicat⁹ dicit glosa quo
ad cōtionem sackoꝛ quousq̄ visum fuerit su
periori: sed in foro pn̄iali inīūgendum est ei
q̄ ipi satisf̄ faciat vel cū ea cōponat. vt dicit
Guilhelmus. Et supius dictū est: intelligit
de foro causarū si est ꝓ dolū iducta. Ideo
dicit. Si q̄s seduxerit. i. seoꝛsum duxerit ꝓ
dolū. Igit legit in vita kinderini episcopi:
q̄ apud antiquos saxones sancitum fuit q̄
q̄libet virgo in paternis edibus sponte de-
floꝛata viua absq̄ vlla miscōia sepeliri de-
buit: ꝫ violatoꝛ sup ei⁹ sepulchꝛū supponi.
Scō si illā stupr̄auerit q̄ alteri despōsata
est adhuc grauius est pctū̄. vtz Deut. xxij
Si puellā virginē desponsauerit vir: ꝫ in-
uenerit eam aliq̄s in ciuitate ꝫ cōcubuerit
cum illa educes vtrumq̄ ad portas ciuita-
tis illius ꝫ lapidib⁹ obruent. Puella quia
nō clamauit cum esset in ciuitate: vir qꝛ hu-
miliauit vxoꝛē ꝓximi sui: ꝫ auferes malum
de medio tui. Si autē in agro repperit vir-
ginē puellā q̄ despōsata est apprehendens
cōcubuerit cū illa ipse solus moꝛiat: puella
autē nihil patiet nec est causa mortis. Hec
ibi. Hoc totū intelligit de puella q̄ est viro
affidata añ tū cōsummationē matrimonij.
Tales ꝑm canones deberent penitere. xl.
diebus in pane ꝫ aqua q̄ō carenam vocāt
cum septē sequentibus annis. vtz extra de
spon. duo. ca. Accepisti tibi illam in vxoꝛē:
quā alter habuerat sibi despōsatā. s. ꝓ ver-
ba de pn̄ti dimitte illā: quia nunq̄ pōt fieri
legitima. ꝫ. xl. dies in pane ꝫ aqua q̄ō ka-
renā vocāt cū septē sequētib⁹ annis penite
as. hec ibi. Tertio adhuc grauiꝰ est pctū̄
q̄ puelle violēter rapiūt ꝫ oppr̄imūt sic ꝺ

E na filia Jacob. de q̄ Gen̄. xxxiiij. Egressa ē inquit filia Lye: vt videret mulieres regionis illius: quam cum vidisset Sichem filius Emmor princeps terre illius adamauit eā ⁊ rapuit ⁊ dormiuit cū illa vi opprimēs virginē: propter qd̄ pctm̄ egressi sunt duo filij Jacob simeon ⁊ Leui frēs Dyne ⁊ arreptis gladijs interfecerunt Sichimitas in ore gladij: in vltionez stupri: ⁊ oues ⁊ boues ⁊ asinos vxores puulos eoꝝ duxerūt captiuos. De hac specie dr̄. xxxvj. q. j. c. de raptoribus ī fine. Hic ergo raptū cōmisit q̄ florē virginitatis puelle renitenti violēter eripuit: siue puelle solūmō siue parētib⁹ tm̄ siue vtrisq̄ vis illata fuerit. Pena autem raptoris mulierū ſm leges est ꝙ capite punit̄: nisi forte raperet meretricē ⁊ substātia eius rapte applicabit̄ si ingenuā rapet. Si vero ancillā vl̄ liberā substantiā nō amittit sed tn̄ decapitat̄ C. de rap. virg. l. vnica. ⁊ xxxvj. q. j. c. si quis nō. Scd̄m canones aūt raptor efficit̄ seruus rapte: nisi velit se redimere. vtz in. c. de rapto. tamen ſm Glo. hec pena non infligit̄ in foro penitentiali.

F Item debet excōmunicari raptor cuz suis fautoribus. xxxvj. q. ij. ca. de puellis. si tn̄ rapta velit contrahere cum raptore potest vt ptz extra de rapto. c. Accedens. Ubi dicit Innocē. terti⁹. ꝙ rapta puella legitime cōtrahere pōt cum raptore si prior dissensio transeat post mr̄imoniū in consensum: vt qd̄ ante displicuit: tandē incipiat cōplacere dūmō ad cōtrahendum legitime sunt ꝑsone. hec ibi. Sic Romulus cōdita roma rapuit puellas sabinarū. vt dicit Aug⁹. li. ij. de ciui. dei. cap̄. xvij. Dicit titusliuius de origine vrbis. ꝙ cū romul⁹ muros cōdidisset ciuitatis amplissime: nec sufficerent eis mulieres misit ad vicinas ciuitatis postulando filias eoꝝ in vxores sibi dari: sed statim fuit ciuitas odiosa alijs. Timebant illā multitudinē viroꝝ. Et rn̄derūt ꝙ filias suas eis dare nollēt. Romul⁹ vero hoc audiens censuit postmoduz ludos deo celso celebrandos: ⁊ hoc ꝑ prouincias ⁊ ciuitates ꝓcurauit diuulgando: vt multi confluerēt vicinoꝝ. Instantibus vero ludis precepit seruis suis: vt cū de sabinis q̄ terra est ꝓpe romā cōuenirēt ad ludos spectandos quilibet sibi recipet vxorē quā vellet. Quod factū est. Postmodū vero cū patribus q̄ volebant vlcisci iniuriam ⁊ filias repetere romani bella habuerunt litis inter eos ⁊ sabinos ꝑ meditatiōem filiaꝝ q̄ se duob⁹ exercitibus opposuerunt pax facta est ⁊ c̄. Secūdo h̄ est graui⁹ pctm̄ ꝓpter tēpli spūssancti violationē. Nō est paruū pctm̄ violare tēplū dei materiale: ḡ violare tēplū dei spirituale: scz corp⁹ virginū qd̄ est tēplū spūsscti ē mai⁹ pctm̄. Jō dr̄. j. ad Coꝝ. iij. Nescitis qr̄ templū dei estis vos ⁊ spūs dei habitat in vobis. Si quis autē templuz dei violauerit perdet illuz deus. Sed virginē deflorantes tale templum spūssancti violant cum virgines deflorant: que fuissent fortassis perpetua tēpla spiritussancti contra q̄s dicit ꝓpheta. Deus venerūt gentes in hereditatē tuā: polluerūt templum sanctum tuum ⁊ c̄. Qd̄ etiā cōquerit̄ Hiero. in epistola de lapsu Susanne di. ad te nunc mihi sermo: q̄ caput tanq̄ malo ꝝ es q̄ multipliciter misera es: cū gl̄iam v̄ginitatis etiā ꝑdidisti. Nephas est em̄ te vocari susannā que capta non es. Sequit̄ ibidē. Eras virgo in paradiso dei vtiq̄ inter flores eccl̄ie eras spōsa chr̄i: eras tēplū dei: eras habitaculū spūssancti. Et cū totiens dico eras totiens necesse est vt ingemiscas: quia nō es quod fuisti. Incedebas in eccl̄ia tanq̄ colūba illa. de qua scriptū est. Penne columbe deargentate. Splendebas em̄ vt argentum: fulgebas vt auruz. Eras tanq̄ stella in manu dn̄i. Que ē ista subita cōuersio? que est ista repētina mutatio? De virgine facta es corruptio sathane: de sponsa chr̄i scortuz execrabile: de templo dei phanuz immūdicie: de habitaculo spūssancti tuguriū diaboli. Que incedebas cum fiducia vt columba: nunc lates in tenebris vt vespertilio. Que fulgebas vt aurum ꝓpter virginitatis decorem: nunc vilior facta es luto platearū. Que fueras stella radiās in manu dn̄i velut de alto cadens: conuersa es in carbonē extinctū. Ue tibi misera ⁊ iterū ve: que tanta bona pariter ꝓpter parui tp̄is luxuriam ꝑdidisti. hec Hieron̄. Querit Aug. libro. j. de ciui. dei. c. xxviij. Quare de⁹ ꝑmisit aliq̄s virgines violari ip̄is inuitis. Rn̄det ibi-

A dē. Nolite admirari hoc vos amisisse vnde hoibus placere gessistis: illud vero remansisse qō oīdi hoīb⁹ non pōt. Sequit. Quarū nō corda interrogata respōderēt nunq̄ se de bono virginitatis aut viduitatis supbisse: aut cuiq̄ paris excellentie ꝛ sanctitatis inuidisse. Sic adhuc hodie ꝓpter quarundā supbiā de virginitate permittit eas cadere in diffamiā vt se recognoscant: vel quia denigrant alias paris excellentie vel detrahunt eis. Sunt quedam corrupte et virginitatis dignitatē amisērūt: tñ gerunt se pro virginibus tales ēdiu virgines nuncupant: quousq̄ crucifixi fratres nō veniunt id est pueri. ¶ Nota circa hoc q̄ ad stupū faciendū inducunt sex. Primū est libertas effrenans. Ideo discursus iuuenculārū cohibendi sunt. Nam sicut cōmoditas facit furē qñ habet locū ꝛ tempus: sic opportunitatem malefaciendi in puellis facit locus ꝛ tempus. Ideo dicit Aristo. in li. Rethoricoꝝ. q̄ hoies malefaciunt cum resistere pñt. Nam ex tali libertate discurrendi fiunt iuuencule familiares viris. Sicut alia domestica permittūt se palpari ꝛ tange

B re: siluestria ꝺo nec tactuz nec approximationē sustinent. Sic est de iuuēculis si multū discurrunt per plateas ꝛ ad consortia virorū permittūt se palpari ꝛ postea ascendere. Ideo nō debēt esse vage tam seculares virgines q̄ spirituales: ne cum dyna ad videndum mulieres regionis corrumpant. Gen. c. xxxiij. Ñ Ambro. sup illud Luc. ij. Mansit apud cognatā suam dicit. Discite sancte vos mulieres: non circūcursare per alienas edes: nō aliquos ī publico miscere sermones. Ñ Franciscus petrar. lib. ij. de re. vtri. for. ca. xxij. Ñdet discipulo dicenti. Lasciuire icipit filia. Respōdit. Lautas dapes ꝛ vestes illi molles ꝛ fulgidos anulos ꝛ armillas detrahe: ꝛ quicquid est aliud quo ꝛ ipa sibi placet ꝛ placere alijs studet. Obijce illi domesticas curas. Pensa acus ꝛ colum: ꝛ si q̄d est opis qō suaues et molles man⁹ duret. Seduce eaz a spectaculis ꝛ concursu ppli: festis etiam dieb⁹ illaz domi cōtine. Nullū tempus vagis ac discolis cogitatiōibus linque. Sequit ibidem. Ecclesiasticū consiliū est: sup filiā luxurio-

sam cōfirma custodiā: nequādo te faciat in C
opprobrium venire. Hec Franciscus. Secundū est affluentia resoluens. Nam quando viuūt in superfluitate esce ꝛ potus: cito cadunt in libidinem. dicēte Hierony. ꝛ ponūtur eius verba. xxxv. di. c. Uenter mero estuans cito spumat in libidinem. Ideo dicit Hierony. in epistola ad Eusto. ꝛ Pauli. Si experimēto inquit creditur hoc primo moneo: vt spōsa chr̄i vinū fugiat tanq̄ venenū: qa hoc aduersus adolescentiam: prima sunt arma demonū. Ut qd ergo oleum flāme adijcimus? quid ardenti corpusculo tormenta ignium ministramus? Tertium est iuuētus lasciuiēs: quia ꝓpni sunt sensus hominis ab adolescētia sua in malum. Gene⁹. viij. Ideo dicit cōmentator super. vj. Phȳsicoꝝ. Uita iuuenū calida ꝛ humida: senum frigida ꝛ sicca. Ideo puelle sunt maxime custodiende singulariter circa annuz xiij. vel. xiiij. quia tunc incipiunt mot⁹ carnales vigere. Nam in iuuentute diabolus hominem tentat in luxuria. In virili etate in superbia. In senio ī auaricia. Cui⁹ exēplum ptz in quadā virgine velociter currēte. Nota hīstoriam: q̄ cōmunis est. Si hō D
in iuuentute euadit luxuriam: in virili etate superbiā: vix tamen tertiuz scz auaricia in senio. Quartū est pulchritudo alliciens ideo dicit Franciscus li. j. de re. vtri. fortuca. lxxij. Pulchritudo inquit ꝛ castitas raro cohabitāt. Sequit ibidē. Quod assidue placato mari naute: q̄t p siluas saluis mercibus ꝑtereunt mercatores nec pirata illis nec his preda obuius fuit. Quam tu mihi formosam interptatāq̄ dabis casta licet obsidebit oppugnabit. Quis animus mulieb⁹ corruptoribus tot resistet. Admouentur muro scale blandicia: machineq̄ munerū ꝛ latētes sub terra fraudiū cuniculi. Si his artibus non pficit: manu improbavis auferet. Si fidē queris famosissim⁹ raptus ad memoriam reduc. Forma multos tentauit ac tentandos ꝑbuit. Quosdā strauit ꝛ vel in crimen impulit vel in mortem. Fuit apud hebreos exēplū tētationis acerrime Joseph ꝛ thamar. Hec Franciscus. Pulchritudo non est curanda singulariter quo ad virgines volētes seruare castitatē

E ꝓpter tria. Primo quia nõ est deo acceptiua: est cito defectiua: est mulierꝫ infectiua. Primo non est deo acceptiua: ſz potiꝰ interior. Pſ. Om̃is gloria eiꝰ filie regis ab intus est. Unde Petrus bleſeñ. epl̃a. lv. scribens ad vnã monialez dicens. Tanto eris acceptior ſponſo tuo chr̃o: quãto es ĩ veste vilior: in cultu corporis tui abiectior: in ſermone rarior: in vultu deiectior: in aſpectu verecundior: in inceſſu maturior. Hec ille. Que bñ ꝯſiderãs illa nobilis romana ꝟgo Galla: de qua Greg. in. iiij. dialo. ꝙ medici dixerunt ꝙ habitura eſſet barbam ſi nõ nuberet. Sed illa nihil deformitatis exteriꝰ timuit: qꝛ chr̃m amauit: qui nõ exteriores: ſed interiores req̃rit pulchritudines. dicente apl̃o. j. ad Cor̃. vij. Mulier innupta. j. vidua ⁊ virgo cogitat q̃ dñi ſunt: vt ſit ſancta corpore ⁊ ſpũ. Scd̃o eſt quoddã bonũ defectiuũ. Jõ dicit Franciſcus petrarcha li. j. de re. vtri. fortu. c. ij. Breuiſſimũ inq̃t tempus erit qñ oris habitus ꝫ coloꝝ mutabit̃ cadet flaua ceſaries. i. crines: reliq̃e. i. dentes albeſcent: teneras genas ⁊ ſerenã frõ-
F tem ſqualentes arabunt ruge: letas oculorum facies ⁊ lucida ſydera meſta teget nubes: leue dentium ebur ⁊ cãdidum: ſcaber obducet ⁊c̃. recta ceruix atq̃ agiles humeri curueſcent guttur lene criſpabit̃: aridas manꝰ ⁊ recuruos pedes ſuſpicerꝫ tuos nõ fuiſſe. Quid multa? Ueniet tẽpus q̃ te ĩ ſpeculo non agnoſces. Hec Frãciſcus. Jõ dicit Boetius. iij. de conſola. proſa. viij. Forme vero nitor vt rapidus eſt ⁊ velox ⁊ velut vernaliũ florum mutabilitate fugatior. Sequit̃ ibidez. Si homines linceis oculis vterent̃: vt eorũ viſus obſtantia queq̃ penetraret nunquid illud corpus alcibiadis in ſuꝑficie pulcherrimũ introſpectis viſceribus turpiſſimũ videret̃? Non ergo te pulchrum facit tua natura ſed oculoꝝ infirmitas. Tertio eſt maloꝝ multorũ incitatiua. Prouerbio. vltimo. Fallax gr̃a ⁊ vana eſt pulchritudo: mulier timens deum ipſa laudabitur. De hoc dicit Franciſcus petrarcha libro. j. de re. vtri. fortu. c. lxxij. Hi ſunt labilis forme inquit ⁊ caduci fructus: qui ꝑſepe nõ opulentas tm̃ domꝰ ſed ⁊ ingentes vrbes ⁊ magna nõnunq̃ imperia euerterunt. Note ſunt hiſtorie. Certe niſi formoſa adeo fuiſſet helena: troia manſiſſet incolumis. Romanoꝝ regnũ non tam velociter corruiſſet: niſi tã pulchra fuiſſet lucretia. Hec Franciſcus. Tertio peccat grauius qui ſtuprum cõmittit propter impoſſibilem ꝟginitatis reuocationẽ. Ideo dicit Job. xxxj. Pepegi fedus cum oculis meis: vt ne quidẽ cogitarẽ de virgine: qꝛ non poteſt poſt caſuz reſuſcitari. qd̃ etiã dicit Hiero. in epl̃a ad Euſtochiũ. ⁊ ponunt̃ eiꝰ verba. xxxij. q. v. c. Si paulꝰ vas electionis et ꝑparatus in euãgelio chr̃i ob carnis aculeos ⁊ incẽtiua vicioꝝ reprimit corpus ſuũ ⁊ ſeruituti ſubijcit: ne alijs ꝑdicãs ipe reprobus inueniat̃: ⁊ tamen videt aliam legẽ in mẽbris ſuis repugnantem legi mentis ſue ⁊ captiuantẽ ſe in lege peccati. Si poſt nuditatez ieiunia carceres flagella ſupplicia ĩ ſemetipſo clamat. Infelix homo quis me liberabit d̃ corpore mortis huius? ne te tu putes ſecuram eſſe debere. Caue queſo ne quando de te dicat deus: virgo iſrael cecidit: non eſt qui ſuſcitet eam. Audenter dicam cum om̃ia deus poſſit: ſuſcitare virginem non poteſt poſt ruinam. Ualet quidẽ de pena liberare: ſed non vult coronare corruptam. Hec Hieronymus. Idem dicitur lex. §. de raptu virgi. in prĩcipio dicitur ibi ſuper verbo nõ poteſt. Nonne excecato poteſt reſtituere viſum: quare ergo non virginitatem? Reſpõdet ibidem. Non poteſt facere quando fuerit corrupta: quia peccatũ non poteſt eſſe non factum. ff. de ca. in bello. §. Facte. Et ſm hoc idem eſſe poteſt in ceco. Reſpõdet. ꝙ hic non refertur ad carnis corrupte reſtaurationem: ſed virginis palme retributionem. Et dic non poteſt: id eſt non congruit eius potentie: vt aureola coronet corruptas: hoc em̃ eſſet cõtra iuſticiam. Ideo illud eſſe non poteſt. Hec glo. Quã impoſſibilẽ recuperationẽ conſiderauerũt multe virgines. Ideo rogauerũt ſui corporis deformitatẽ ne a tyrãnis violenter corrumperent̃. Sicut legit̃ in vita beate Brigide: ꝙ cũ q̃dam nobilis peteret eaz in cõiugem: ipa ꝟginitatꝫ zelo petijt a deo aliquã ſibi dari corꝑis deformitatẽ: q̃ mediãte oim procerũ in ea ceſſaret inſtãtia li-

bidinosa. Et extūc ad p̄ces eius vnus oculus crepuit: ⁊ deturpata est facies ei⁹. Q̄ videns pater ei⁹ permisit eā velari: sed statim facta p̄fessione de virginitate: oculum eius restituit de⁹ ex sua solita pietate. Sic ⁊ q̄dam sibiipsis intulerāt manus quatenꝰ virginitatē seruarēt. Sic legit de q̄dā sancta moniali: quā videns rex quidam mirabiliter concupiuit. Cui⁹ cōcupiscentie causam cū a rege req̄reret. R̄ndit rex. Oculorū tuoꝝ mira pulchritudine captꝰ sum. Et illa. Noli inquit dñe mi de his sollicitari. Habebis em̄ quod desideraisti. Et in sero thalamū ingrediens ambos sibi oculos effodit: ⁊ illos regi transmisit dicens. Ecce mitto tibi q̄ cōcupisti exterius: ⁊ tamē mihi remanet visus interius: in quo delectat dñs meus ⁊ sponsus Jesus chr̄s. Quedā se occiderunt: sicut dicit Hiero. li. j. contra Jouinianū. Hā scriptores narrāt quādam virginē thebanā: quam hostis macedo corruperat: q̄ assilkauit paulisp dolorem ⁊ violationem virginitatis sue: violatorē postea dormiētem iugulasse: seq̄ interfecisse cum gladio: q̄a viuere noluit post perditā virginitatem. Hec ante mortē elegit: q̄ sue corruptionis vltrix existeret. Hec Hieronym⁹. Jdeoq̄ querit vtrū virgo suuꝫ corruptorē volentē ipam violenter corrumpere possit sine pctō interficere? Respōdet q̄ nō: quia maius malum est interficere q̄ fornicari. Ergo p̄o nullo bono obseruando licet homicidium ꝑpetrare. Istā q̄stionē determinat Aug. li. j. de ciuita. dei. capi. xviij. Ubi primo assignat rōnem q̄re licet p seruāda pudicitia nec se nec alium occidere. Ratio sua est talis. Presupponit em̄ q̄ continentia ⁊ virginitas consistat in integritate mētis nō carnis nisi materialiter solum: ⁊ ptinet precipue ad bona anie q̄ nolētibus auferri non possunt. Nam si nobis nolētibus possit auferri: iam non esset virtus anime ipsa pudicitia: nec contineretur inter bona anime: sed bona corporis. Tunc arguit Augustinus. P̄o illa re que sine consensu meo auferri non potest: ⁊ que sine decremento anime: immo cum magno lucro anime per violentiam tolli non potest: non licet mihi occidere hoiem volentem ipsam auferre. Sed talis res est ipsa pudicitia et virginitas: que sine consensu mentis auferri non potest. Jdeo dixit sancta Lucia. Si inuitam me feceris violari: tunc mihi duplicabit corona castitatis. Tunc soluit obiectionem. Possibile sibi fieri. Sed posset aliquis obijcere. Timendum est ⁊ cauendum ne libidini hostili subditum corp⁹ illecebrosissima voluptate: animus consentiat peccato: vt iam non propter alienum: sed propter suum peccatum anteq̄ virgo cōmittat debeat se vel corruptorem interficere. Ad quod respondet Augustinus. Si hoc esset licitum vt propter futurum peccatū vitandum deberet homo se vel corruptorem occidere: hortandi essent homines: q̄ statim cum baptisati fuerint vt seipsos occidant: quia tunc esset tempus cauendi omnia futura peccata: cuz sint oīa preterita deleta. Scō magis debet cōfidere q̄ anim⁹ eius nos sentiat libidinem carnis sue excōmunicatiōe libidis aliene q̄ diffidere. Tertio min⁹ est de futuro adulterū q̄ certū de p̄senti homicidiū. Non g̃ nunc debemus peccare ne forte postea peccem⁹: nec nunc ꝓpetremus homicidiū ne forte postea incidamus in adulteriū. Et tales nō ꝑdiderūt virginitatē: si ibi non fuit cōsensus mētis. De his dicit Aug. li. j. de ciui. dei. ca. xxvj. sic. Sed q̄d est dicēdū q̄ q̄dā femine sctē tēpe persecutionis vt insectatores sue pudicitie deuitarent in rapturum atq̄ necaturum se fluuiū proiecerunt: eoq̄ modo defuncte sunt: earumq̄ memorie in catholica ecclesia veneratione celeberrima frequentant. Respondit Aug⁹. De his nihil temere audeo iudicare. Sequitur. Potest fieri vt ita sit: si hoc fecerint humanitus decepte vel diuinitus iusse non errantes: sed obedientes: sicut Samson. Et aliud nobis phas non est credere. Hec Augustinus. Quarto grauius peccat qui virginem defloratꝫ: q̄ q̄ cōmittit simplicem fornicationez: quia reddit eā audacē ad multa peccata carnis ⁊ fit occasio fornicationū eius quas ipa facit postea: ⁊ aufert ei quandoq̄ q̄ nunq̄ de cetero maritū habebit: quia cū semel proierit aquam per caput fit audacior q̄ pri⁹ ⁊ de post fit inuerecūda ad illud peccatū.

E Ideo dicit .ij. Regū .xiij. Difficile videbatur ei vt quispiam inhoneste ageret cuz ea cum virgo esset. Et sit occasio omniuz maloꝝ que inde sequunt. ptz per tale exēpluz quia si quis haberet hortuz bene z optime circūseptum si aliquis illum clausum bene aperiret vt bestie intrarent: nōne talis aperiens hortum esset occasio totius damni? Sic in ꝓposito de⁹ habet hortū virginalē quē stupratoꝛ aperit. Ideo erit z ē occasio oīm maloꝝ sequentiū. Iō dicit sctūs Tho. in .ij. ij. q. cliij. arti. vj. Et virgo sub custodia patris existens si corrumpat est quedā specialis difformitas pcti ex pte puelle q̄ ex hoc q̄ violat nulla pactione cōiugali p̄cedente impeditur a legitimo matrimonio contrahendo: z ponit in via meretricandi a quo retrahebat ne signaculū amitteret. Hec Thomas. Et omniuz illoꝝ peccatoꝝ z multoꝝ maloꝝ iste defloratoꝛ reus est z erit: quod patet p tale exemplū. Nam contigit tpe hilarij q̄ q̄dam parrochiani hilarij epi deferebāt mortuū ad eccliaz vt sepelirēt eū: z dū foderūt sepulchrū inuenerūt F corpus cuiusdā mulieris integrū sub terra iacēs: z duos serpētes sugētes sanguinez de mamillis ei⁹. Viso hoc miraculo: plurimi cōcurrerunt ad sanctū Hilarium: quia tunc in ecclesia missam celebrauit: dicentes ei que viderunt. Sanctus Hilarius festinauit ad sepulchrum vt videret que audierat ab eis. Quo viso z audito fleuit amare z sternēs se ad terram. Fleuit z orauit dominum: z rogauit populū vt secū inuocarēt misericordiam vt opem dignaret ostendere quid hoc corpus egisset in hoc mundo q̄ non potuit cum terra misceri et quare serpentes sic sugerent illud. Cū aūt sanctus Hilarius oraſſet: spirit⁹ redijt ad corpus z leuauit se coram omnibus in sepulchro z clamauit dicens. Sancte hilari miserere mihi peccatrici: z sua pctā cōfitēti. Rndit btūs Hilarius. Dic mihi z cōfitere pctā tua. Ait illa. Filia fui nobilis domicelli z fui tenere nutrita in domo p̄ris mei z quidā iuuenis cōcubuit mecū z genui ab eo duos pueros z occulte interfeci eos: timens infamiā hois: z illud pctm̄ celaui coram sacerdote meo ꝓpter nimiam verecūdiā: sperās illud emēdare z cōfiteri in senectute mea. Sed ego in iuuentute mea morte ꝓuenta sum nec pctm̄ illud cōfessa. Nūc dñe miserere mei z ora p me: q⁹ ego confitebor tibi oīa pcta mea hic in carne mea z sub p̄nti stola coram omni ppło. Cū aūt hec dixisset puella: sanctus Hilarius posuit stolam sup caput eius z ait. Indulgētiā z absolutionē z c̄. Et statim serpentes euanuerunt z cadauer liquefactū est ad instar niuis in p̄ntia radioꝝ solarū. Et sic patet q̄ ille defloratoꝛ illius puelle fuit reus oīm maloꝝ: de q̄bus rōnē reddere tenebat z c̄. Quinto est maius pctm̄ ꝓpter virtutis virginalis reputationem. Ideo dicit Eccle. xxvj. Nō est digna pōderatio alc cōtinētis ergo ei debet fructus cētesim⁹. Satis deteriorat terram q̄ facit vt nō possit reddere sexagesimum fructū vel tricesimū cū prius redderet centesimū. Ergo grauius peccat qui defloraꝛ virginem que possit facere fructum cētesimū q̄ qui fornicat cū corrupta. Habet em̄ cōtinentia sup statū cōiugalem sex p̄rogatiuas. Habet nanq̄ primo maiorē dignitatē: q̄a p cōtinentiā homines assimilant angelis. Secūdo maiorē puritatē. Trahit em̄ spūs p actū cōiugalē ad immūdiciam carnis z efficit q̄si caro. Tertio maiorē libertatē habet: quia ptātez sui corpis non habet vxor sed vir. Quarto habet maiorem vnitatem. Quia qui cum vxore est sollicitus est quomō placeat vxori: z diuisus est. Quinto habet maiorem sanctitatē quia coniugati tribulationem carnis habent z impulsionem maiorem q̄ non coniugati. Sexto habet maiorem vtilitatem: quia maius p̄miū z maior fructus sibi debet. s. cētesimus. Ergo quilibet se diligēter abstineat a stupro virginum: non solum ꝓpter peccatum in se: sed etiam ꝓpter virginem virginum. s. Mariaz: quia ab ea maximum p̄miū consequit. Cui⁹ exēplū recitat in speculo hystoriali. libro. viij. z. c. ij. Erat q̄dā miles in bellis famosus q̄ matrimoniū ociū reputabat licet ī cōcupiscētijs feminarū esset totus. Hic ad q̄ddā torneamentū in normanie partib⁹ cōcelebrādum cū multo apparatu pergēs: cū per q̄ddam castrū tam oculis q̄ corde transiret: iuuen-

A culã quandã in itinere vidit. Cuius pulchritudine captus cuidã famulo suo dixit. Vade ⁊ interroga patrẽ ⁊ matrem puelle q̃ si mihi habere eã consenserint vna nocte eis dabo decem libras argẽti: ⁊ insuper vestẽ vnam ad ornatum filie sue. Qui cum iussa complesset: illa mutatorijs induta ⁊ ad patris sui imperiũ vt seruus sequeretur inducta: ipso duce ad militis diuersoriũ venit: ⁊ post cibũ ⁊ potũ: ambos cõis lectus recepit. Cũq; ille cõgressum cũ pudica virgine pararet ⁊ illa suspirioso corde sue dignitatis captiuitatem expectaret. Erat aũt nox sabbati quã deuotio fideliũ memorie virginis matris cõsecrauit. Miles ait. Charissima q̃ nomẽ est tibi: ⁊ cur tale sup me sumpsisti lamẽtũ? Cur me sic accipis quasi hostem ⁊ nõ amicum? Cui illa voce tremula respõdit. Maria vocor: digneq; lachrymis afficior ⁊ planctũ facio: q̃a melius est mihi mori q̃ turpiter viuere cũ virginitatis decremento ⁊ maxime cũ marie cõtinentiaz meã vouerim ⁊ desponderim me vni viro B virginẽ castã exhibere chr̃o. Voluerã quidem mores ⁊ habitũ sctimonialiũ imitari: nisi patris mei pauptas reclamaret. Nam agnosco lr̃as ⁊ de sancta maria didici horas a quodã paupculo clerico: q̃ apud patrẽ meum diuersoriũ habet. Tũc spũs dñi descendit in mentem militis: ⁊ excussit de cogitatiõe eius flãmas ignis libidinis: ita vt diceret. Quia nox sabbati est: ⁊ tu vocaris Maria ppter noctis ⁊ nois huius honorabile sacr̃m: iã nunc cessabo ⁊ cor meũ a tua inquietudine reuoco: nec opabor in te opa tenebraz: qr vt dixisti voluntarium est tibi chr̃o seruire in cetu montaliuz. Satisfaciaz desiderio tuo. Dormiuit igit̃ tota nocte secura. Et de mane eam miles i monasterio q̃ iuxta torneamenti locũ contubernio sanctimonialiũ tradidit pmittens iureiurãdo: q̃ illum locũ multis donarijs honoraret. Sed postea inde digressus torneamẽti cõgressu occisus est ⁊ ibidẽ sepultus. Cũq; miles non reuerteret: illa iuuencula btãm Mariã lachrymosis interpellauit p̃cibus: vt de militis statu reuelationẽ aliquam sibi daret. Cui btã virgo maria seipsam per visionẽ exhibuit dicens, Parce charissima: parce fletibus ⁊ suspirijs. Ego C sum mr̃ Jesu consolatrix tua scias q̃ cr̃cito recessit a te ille tuus i chr̃o dilectus in torneamenti congressu occubuit: ⁊ in eodẽ loco sepulturam accepit. Qui q̃n mihi detulit in te ⁊ bona tibi propter me veraciter in morte compũctus eternam meruit salutẽ. Ibis ergo ad abbatissam ⁊ annunciabis ei quatenus illuc citius pergat: et corpus huc trãslatuz in cimiterio trãsponat: vt per ecclasticoz suffragioz cõionem adiuuet. Hoc autẽ in grande signum q̃ tibi locuta sum erit. Rosam sup sepulchrũ vernantem reperies in sup ficie: cuius radix de ore sepulti pullulat in viscerib⁹ terre. Illa g̃ gaudens dñe celestis imperium abbatisse retulit. Sed abbatissa credere noluit. Iterum ipsa cũ lachrymis ad btãm virginem recurrit. Cui illa sicut prius apparuit mandans denuo ad abbatissam iret. Et addidit de quodã peccato eius occulto: quod ipsa cõfiteri ⁊ cũ lachrymis punire deberet: ⁊ fic D cũ puro corde ⁊ prompto gressu ire. Quod abbatissa audiens ⁊ signũ recognoscẽs cõfessione facta ad locum pperauit ⁊ indicio rose corpus militis inuentum ad monasteriũ suũ trãslatũ honorifice ibidẽ sepeliuit.

¶ De peccato adulterij.

Tertio peccãt in ope exteriori ꝓtra illud p̃ceptũ adulteri qui grauiꝰ peccãt q̃ simplices fornicatores aut defloratores virginuz. vt patet. xxxij. q. vij. c. quemadmodũ. Et ibidẽ in. c. adulterij. vbi dicit: q̃ adulterij malũ vicit fornicationẽ. Adhuc grauius est qñ adulteriũ ex vtraq; parte cõmittit: vt qñ tã vir q̃ mulier sunt ligati mr̃imonio legitimo. Jõ dr ibidẽ in. ca. Quẽadmodũ. Grauius quoq; est q̃ vxorez habẽs ad cõiugem pximi accedit q̃ q̃ sine vxore thorũ alteriꝰ violat: vl vxoratꝰ ad solutã accedẽs. hec ibi. Et sic hr̃ duplex adulteriũ. Illud pctm̃ grauat nõ solũ qr ẽ ꝓtra diuinũ p̃ceptũ: sz ppter septẽ alia mala vel octo q̃ inde oriunt. Prio ppter diuinaz legũ transgressionẽ: ppter homicidij cõsecutionẽ: ppt heredis falsi institutionẽ: ppter graue legz punitionẽ: ppt furti cõmissionẽ ppter fidei ⁊ sacri violationẽ: ppt mr̃imonij sepationẽ: ppter purgatorij punitionẽ.

E Primo ppter legũ diuinaꝝ trãſgreſſionẽ. Nam in adulterio tranſgredit̃ ꝓmo lex nature. Mat. vij. Q̃ tibi non vis fieri: alteri ne feceris. Sed nullus vellet q̃ aliq̃s haberet vxorẽ ſuã: ergo hoc alteri non debet facere. Scõo lex moyſi. vtz Leui. xx. Si mechatus fuerit vir cũ vxore alteri⁹ ⁊ adulteriũ ppetrauerit cũ cõiuge ꝓximi ſui morte moriat̃ ⁊ mechus ⁊ adultera. Jdeo i ſexto ꝑcepto: non mechaberis: ⁊ in nono: nõ cõcupiſces vxorem ꝓximi tui: imo in adulterio trãſgrediunt̃ omnia ꝑcepta diuina. vtz in ſingulis. Tertio in hoc trãſgreditur lex euangelij. Math. xix. Dico vobis inq̃t: qui cunq̃ dimiſerit vxorem niſi ob fornicationẽ id eſt adulteriũ ⁊ aliã duxerit mechat̃: ⁊ q̃ dimiſſam duxerit mechat̃. A fortiori ille mechat̃ q̃ non cauſa matrimonij: ſed cauſa libidinis accipit aliam. Dubitat̃ vtr matrimoniũ ſoluat̃ ppter fornicationem carnalem: cũ dñs dicit excepta cauſa fornicationis? Rñdet Aug. de anchona ſup Math. q̃ mr̃imoniũ ſolui per fornicationẽ põt dupliciter intelligi. Primo quantum ad cohabitationẽ ⁊ carnalis copule cõmixtionem. F Scõo q̃tũ ad ſecundaꝝ nuptiarũ celebrationẽ: ita q̃ liceat viro aliaz accipe. Primo ppter fornicationem ſolam vxor põt dimitti: vt homo nõ cõmiſceat̃ ſibi carnali copula: ꝓmo quo ad thorũ: ⁊ hoc facere põt propria auctoritate: ⁊ etiã q̃ ad cohabitationẽ ⁊ ꝫ auctoritate eccl̃ie: q⁹ ſicut ꝓtractũ eſt i facie eccleſie: ſic etiã debet abſolui in facie eccleſie q̃ ad cohabitationẽ. Scõo mõ q̃tũ ad ſcdaꝝ nuptiarũ celebrationẽ matrimoniũ nõ ſoluit̃: etiã ppter fornicationẽ. Añ ſaluator illũ mechũ notat qui vxorẽ dimiſſam fornicationis cã accepit: ⁊ hoc probat̃ xxxij. q. vij. c. Apls dicit. Et Auguſti. ex auctoritate apli. Nã aplus dicit. j. ad Corĩñ. vij. Iis q̃ mr̃imonio cõiũcti ſunt precipio: nõ ego ſed dñs vxorẽ a viro nõ diſcedere. Q̃ ſi diſceſſerit. ſ. fornicationis cauſa manere innuptã. Grauiter ergo peccãt q̃ ex q̃cunq̃ alia cã preter fornicatiõem vxores a viris ſeparant. Dant em̃ tales vtriſq̃ cãm fornicandi. Dubitat̃ ſcõo. vtrum ſoluat̃ ꝑpter fornicationẽ ſpũalẽ? Reſpõdet idẽ doctor vbi. ſ. Scõo modo iſtud pctũ grauatur ppter multa homicidia q̃ inde generãtur ⁊ cauſant̃. vtz i exẽplis multarũ hiſtoriarũ. vñ ppter adulteriuz paridis ⁊ helene celeberrima troia fuit deſtructa: ⁊ multa milia hoĩm occiſa ſunt. Jtez ppter adulteriũ q̃ũ viri cõmiſere cuz vxore leuite fere tota tribus beniamin fuit interfecta. Iſtoria ponit̃ Judicũ. Jtẽ ppter adulteriuz dauid cũ berſabee vxas coniunx eius fuit interfectus: ⁊ dictũ erat ppter hoc ad David. Dẽ tibi a dño. Non recedet gladius de domo tua ineternũ. Jtẽ ppter adulteriuz Lucretie rex Tarq̃nius fuit expulſus: ⁊ reges a roma expulſi vſq̃ ad quadringentos lxx. annos. Jtẽ pharao grauiter fuit punitus ppter vxorẽ abrae cuz qua voluit coiſſe Geñ. xij. Sic̃ abimelech rex ppter eandem Geñ. xx. Jtem quãta mala ⁊ homicidia facta ſunt ppter dñam hollandie. ptz multis expientijs q̃ a viro ſuo viuẽte adiit angliã: adherẽs duci gloceſtrie. anno dñi M.cccc.xxvj. Jõ dr̃. xxxij. q. vij. ca. Quid in oĩbus pctis adulterio grauius. Secũdũ nanq̃ locuz obtinet in penis. Glo. i. in prohibitionibus ſcõe tabule tenet ſcõm locum q⁹ imediate poſt homicidiũ dr̃: non mechaberis. Dubitat̃: vtrũ hõ interficiens vxorẽ ppter adulteriũ ⁊ fornicationem: pena homicidij debeat puniri? Rñdet Auguſti. de anchona ſuper Math. q̃ ſi vir interfecerit vxorẽ fornicariã extra actũ fornicationis: ita q̃ non videret neq̃ apphenderet eam actualiter fornicari: tũc tam lege humana q̃ diuina eſſet puniẽdus pena homicidij. Nõ em̃ debet ꝓpio iudicio quẽq̃ interficere: ſed debet eã coraz iudice accuſare: ⁊ penã allegatã ⁊ impoſitã expetere: ⁊ hoc nõ liuore vindicte ſed amore iuſticie. Et hoc ſi penam ⁊ culpã homicidij ſubterfugere velet. Sed ſi vir inueniret vxorẽ actu fornicãtẽ: ita q̃ videret ⁊ cõprehẽderet eã in ope fornicationis: ſi eã tũc occideret ppter magnũ iuſticie ardorẽ quẽ hr̃et videndo carnẽ ſuã diuidi ⁊ turpiter tractari: lex humana nõ apponit penã. Et ex hac lege humana dr̃ licere q̃ nõ ꝑcipiat ſed etiã nõ ꝓhibet ſed penã taxat ꝓſiderãdo magnũ viri incitatiuũ. Añ dicẽdũ q̃ ſi ipam interficeret: lege humana nõ puniret pena homicidij: le

A ge tñ diuīa si q̄s q̄litercūq; ꝓprio iudicio in
terficeret vxorē: pena homicidij eēt puniē-
dus. Hec ille. Legit̄ de henrico. iiij. impe-
ratore: sicut dic̄ gobolin⁹ in chroni. sua. ꝙ
ipe quēdā militē instigauit ad h̄ ꝙ impatri
cē de adulterio interpellaret: sed impatrix
renuit ⁊ miles instat. Tādē impatrix dixit
ꝙ impatore absente suā volūtatē eēt adim
pletura. Qđ impator ītelligēs a milite: ad
recedēdū se disposuit: ⁊ postq̄ recessisse pu
tabat̄: vestimēta militis induit ⁊ ad cubicu
lū impatricis se diuertit. Impatrix v̄o q̄s-
dā iuuenes fortes vestib⁹ femineis īdutos
habuit penes se: ⁊ imperatorē sub spē mili
tis venientē ꝑ eosdez app̄hensum fecit for
titer baculari: donec clamaret ꝙ ipse esset
imperator. Uñ ipsa impatrix accurrēs de-
fendit eū: ⁊ postea de hoc facto euz acriter
increpauit. Ipse vero militem iussit occidi.
Q̄t homicidia occulta occurrunt inter p-
sonas legitimas propter adulterium. Naz
mulier vt habeat adulterū: suū virū legiti-
mū occulte interficit: ⁊ adulterū in verū vi
rum accipit, ⁊ econtra. Qđ mr̄imoniū nul-
B lo modo stare potest. vt ptz. xxxj. q. j. ca. Si
quis viuente. Et extra de eo q̄ duxit in ma
trimoniū: quā polluit ꝑ adulteriū. in. j. c. si
machinata est in viri sui mortē vel si inter-
uenit iuramētum: vel fidei datio impedit̄.
⁊ hoc siue adulteriū interueniat ante fidei
donationē siue post. vt ptz extra de eo qui
dux. in ma. ca. si q̄s vxorē. Idē de simplici
ꝓmissione ⁊ iuramento. vt notauit Hugo
q̄a noīe fidei intelligit̄ q̄libet ꝓmissio: ⁊ est
quasi quedam despōsatio de futuro. Idez
etiā est si cū adultero cōueniat: ꝙ de facto
ducat̄ viuente altero cōiugū, extra de eo q̄
duxit. c. ⁊ cum h̄ret. Si tñ adultera nescit
eum h̄re vxorem nō impedit̄ mr̄imoniū ob
fauorē nesciētis extra eo. c. j. ¶ Tertio illđ
pctm̄ est periculosum propter heredis insti
tutionē Eccl̄i. xxiij. Mulier relinquens vi-
rum suum peccabit: statuens hereditatē ex
alieno matrimonio: q̄r non est paruū pctm̄
facere heredē falsum. Iō dicit̄ Iudi. xj. de
Iepte: heres ī domo p̄ris nostri esse nō po
teris: q̄r de adultera matre nat⁹ es. Fuit q̄
dā vxorē habēs: ⁊ de ea tres filios habuit
s̄m opinionē suam. Cui vxor eius cuz qua-
dam die cum eo litigaret: obiecit ei ꝙ tātū C
vn⁹ de illis trib⁹ su⁹ verus esset fili⁹: ⁊ alij
duo nō essent sui. Req̄sita q̄s suus eēt: non
voluit ei īdicare. Uerū tñ cū pater infirma
ret̄ ad mortē ⁊ vxor defuncta esset: ipse fa-
ciēs testamentū oīa dimisit illi q̄ fili⁹ suus
erat. Post mortem vero facta est contentio
inter illos tres: quos tanq̄ filios suos nu-
triebat. Quilibet em̄ dicebat ꝙ ipe esset le-
gitimus: ⁊ sibi hereditas esset danda. Uñ
cū delatū esset ad iudicem: p̄cepit iudex ꝙ
p̄r mortuus alligaret̄ ad arborem: ⁊ q̄ dire
ctius sagittaret eum: ille hereditatē habe-
ret. Uñ alligato patre ad arborem: duo sa
gittauerunt eū. Tertius vero vidēs patrē
suū sagittari: iratus est vltra modū contra
alios dicens: ꝙ nullo mō sagittaret patrē
suū. Ex quo cognitū est ꝙ ipse erat ver⁹ fi-
lius eius: ⁊ data est ei hereditas tota. Sic
ꝓpter īgratitudinē tales filij illegitimi me-
rent̄ hereditate priuari. Sed q̄d faciet mu
lier talis q̄ sic genuit filiuz in adulterio: q̄a
nisi impediat falsum heredē a perceptione
hereditatis iniuriabit̄ veris heredibus in D
portione. Rñr. ꝙ tali mulieri non est dene-
ganda penitentia ꝑ discretū sacerdotez: vt
ptz extra de penit̄. ⁊ re. c. officij. vbi est si-
milis casus de muliere que supposuit par-
tum alienū: quē maritus educens credidit
esse suū. Ibi rñdit Clemens tertius: ꝙ mu
lieri tali non sit penitētia deneganda ꝑ dis-
cretū sacerdotez: dūmodo talis hereditas
ad putatiuū filiū nō deuoluat̄: q̄a nisi resti
tuat̄: ablatum pctm̄ non dimittit̄: ac ꝑ hoc
pnīa nō agit̄ sed simulat̄. vt patet. xiiij. q.
vj. ca. si res. Quia sequeret̄ ex hoc ꝙ aliq̄s
in hac vita h̄ret desp̄are: si suū peccatū es-
set inemēdabile. Cui⁹ falsitas ptz ꝑ Aug⁹.
in lib. de vera ⁊ falsa pnīa: ⁊ fuit error no-
uatiani. Respondet̄ ergo ꝙ p̄dicta femina
est inducenda: si q̄ modo pōt ꝙ predictum fi
lium inducat vt ingrediat̄ religionē vel ta-
lem statum ꝙ hereditatem talem nō possi-
deat. Uel posset inducere verū patrem scz
pueri: ꝙ tantū sibi daret de bonis suis: vel
si femina tātū h̄ret de bono suo vel labore
aut de dote: aut de parafernalib⁹ de q̄bus
ip̄a daret illi illegitimo: vel pōt illud reue-
lare alicui discreto confessori: vt ille indu-

E cat spurium vl' suppositum quibuscũq; modis posset ꝙ declinet hereditatez: recepto prius ab eo iuramento de secreto tenendo sicut dicit Raymũdus. Põt tñ ſm Hostiẽ. dicere viro si non timet ꝑiculũ: vl' si vir est consci⁹ adulterij: sicut q̃dam femina in Britannia fecit. de qua dicit Frãciscus petrarcha. li. ij. ca. xxxix. q̃a ipsa duodecim filios a totidem viris habuit. Et instante mortis hora vocari virũ suũ iubet. Non est inquit amplius tẽp⁹ ludi. Nullus hoꝝ filioꝝ inq̃t ad te spectat p̃ter maiorem solum. Primo em̃ anno nr̃i connubij casta fui. Sedebant forte tunc pueri oẽs humi circa ignẽ more gentis aliq̃d manducantes. Stupẽte viro ⁊ illis rei nouitate suspensis: illa ꝑ ordinẽ pr̃es noĩabat. Qđ audiens oĩm minimus qui triennis erat: panẽ quem dextera ⁊ rapam quam sinistra manu habebat: in terrã posuit: ⁊ tremens desiderio ac ambabus manibus in altum erectis adorãtis more. Da mihi inq̃t genitrix q̃so patrẽ bonum ac diuitem. Et cũ illa ĩ fine verboꝝ nominasset pr̃em ꝑuuli famosum quendam diuitez resumpto in manus cibo. Bene habet inq̃t bonus est pr̃. Hec Franciscus. Sed posito ꝙ spurius vel suppositus non vult credere mulieri sicut credere tenetur nisi esset multum honesta: vel si sibi nõ põt sine periculo Tunc mulier satisfaciat veris heredib⁹ de sponsalitio suo vel de alijs: ⁊ doleat ꝙ nõ põt oĩno satisfacere: ⁊ habeat voluntatem satisfaciendi: ⁊ erit in statu salutis. sicut dicũt Raymũ. Guilhel'. ⁊ Hostiẽ. Potest etiam de cõsensu legitimoꝝ filioꝝ facere illegitimos filios coheredes legitimoꝝ filiorum vel heredum alioꝝ: nisi repugnat loci consuetudo. Et si oẽs vie defecerint: tunc tamẽ cũ tali femina faciendũ esset: sicut cũ illo qui dãnũ intulit ⁊ nõ põt soluere. vt ptz xiiij. q. vj. c. si res. Et sic patet grauitas huius peccati ex falsi heredis institutiõe. Sequũtur etiam plura alia mala. s. incestus ⁊ affinitate ꝯiũcti mr̃imonio copulant̃ ⁊ frater ducit sororem: ⁊ huiusmõi multa infinita mala. ¶ Quarto est graue illđ ꝓpt̃ grauem legis punitionem. Nam si adulteriuz fuit occultum: puniebat̃ in lege Moysi taliter, sicut đr Nume, v, Si latet adulteriuz ⁊ testibus argui nõ põt: ⁊ spũs zelotipie. i. suspitio concitauerit virũ contra vxorẽ suam que polluta est: adducet eam ad sacerdotem ⁊ offeret pro ea oblationẽ: decimaz partẽ sati farine ordeacee. Non fundet desuper oleuz nec thus imponet. Sacerdos autem statuet eaz coram dño ⁊ ponet ĩ manibus eius in vase fictili aquas viuas ⁊ de oblatione farine pugillum incendet sup altare ⁊ mittet in aquam modicum pulueris de pauimẽto tabernaculi ⁊ nudabit caput eius: scribetq; ĩ membranula ſm Josephũ nomen dei: facietq; eam iurare ꝙ nihil nouerit viro in his que sibi obijciuntur. Et dicet sacerdos. Si polluta non es: deserto viri thoro: non te noceant aque iste amarissime. Sin autem declinasti a viro tuo ingrediantur aque iste maledicte in ventrem tuum ⁊ ipsum tumescere faciant ⁊ putrescat femur tuum. Et dicet mulier. Amen. Qđ ⁊ factum fuit. vt patet ibidem. Sin aũt manifestum fuit: tũc puniebat̃ morte. vtz Leui. xx. Si mechatus fuerit vir cum vxore alterius ⁊ adulterium ꝑpetrauerit cum vxore ꝓximi sui: morte moriatur mechus ⁊ adultera. Nã tales lapidabant̃. vt ptz Jo. viij. Moyses mandauit hmõi lapidari. Sed si nunc tales deberent lapidari: timeo ꝙ lapides deficerẽt. Itẽ ꝑmittebant̃ occidi vxores in adulterio deprehense ꝑ maritos. vt ptz. ff. de adulte. l. marito. ad legẽ iul'. Ubi dicit̃. ꝙ licite marit⁹ interficit adulterũ cũ adultera dep̃hensum in domo sua. Idẽ cõcedit lex mosayca. Sed lex canonica prohibet. Itẽ alique gentes decapitant eos ⁊ alique submergunt: ⁊ alique suspendũt ⁊c̃. que oẽs sunt pene mortis. Legitur ĩ speculo histo. lib. xxiiij. ca. xv. ꝙ anno vndecimo Cõstantini fuit sctũs Gengulphus in burgundia. Hic sanctus fontẽ quendã emit in gallia: ⁊ eum oriri fecit in Burgundia. Cuius venditor dum emptorẽ irrideret repente vidit fontẽ suũ exiccatuz. Cũ ḡ quadam die iuxta fontem illuz in horto suo sederet cũ vxore sua adultera: cepit illam arguere de adulterij sui infamia. Quod crimen cũ illa vehemẽter negaret: facillimam purgationẽ ei apposuit dicens. Si vis vt credaz te sub hac infamia falso laborare: denuda-

A brachiũ tuũ ⁊ aufer mihi lapillum de fundo fonticuli hui⁹: ⁊ si illesum brachium retraxeris: credã q̃ innocens sis. Quod illa audiens secure brachiũ imersit fonti: ⁊ statim combustũ velut ab igne retraxit. Tunc sanctus ad illã. Ecce inquit appet veritas: flagitij tui. Habe ergo tua ⁊ mane per te ⁊ cũ adultero. Naz socia mea vltra non eris sed data dimidia pte substãtie sue mansit per se. Non multo post dormiens in domo sua: occisus est a quodam clerico qui cum vxore sua adulterare solebat. Cuius corpus dum feretro ad sepulturam portaret multi infirmi de tactu sanati sunt. Dumq̃ hoc illius vxori refertur ab ancilla sua: scz dominũ suum tãq̃ martyrẽ sanctum miracula facere: irridens illa ⁊ subsannãs ait. Gengulph⁹ miracula facit ac vt anus meus cãtat. Horq̃ ab ano suo turpes sonos ⁊ numerosos vellet nollet cepit emittere. Quod ei postea contigit oĩ vita sua in sexta feria: vt quotiẽs in eadẽ feria in qua vir eius martyr effect⁹ est aliq̃ verbũ ab ore

B pferret: totiens ab ano turpem sonũ audiret. Hec ibidẽ in specu. Tales etiam deberent acriter puniri in sinodis eorum: sed pchdolor capiunt pecuniam eorum: ⁊ dimittũt eos in pctis. Tales etiã adulteros confessores grauiter affligere deberẽt. ſ. cũ penitentia septẽ annor. vt ptz. xxij. q. j. c. predicandũ. vbi dr. Talez de periurio pniam iponere deberet q̃lem de adulterio: hoc est verũ dicit glo. quo ad numer. annor: nõ q̃ ad aspitatẽ pnie: sed piur⁹ penitere debet xl. diebus ⁊ septẽ sequentib⁹ annis. vt ptz vj. q. j. ca. Si q̃s piurauerit. Ergo etiã adulter deberet tm̃ tempus penitere. Adhuc grauj⁹ essent puniẽdi illi q̃ scienter tolerãt adulteriũ vxoris. De quibus. xxxij. q. ij. ca. Q̃ si in adulterio perseuerare elegerit: patronus turpitudinis ⁊ lenocinij reus maritus hr. Nã qui scienter tenet adulterã vel qui recipit pecuniã leno dicit. ff. de adul. l. ij. ⁊ §. Lenocinij. Utilissim⁹ aũt est q̃ vxorem suam sponte relinquit ad turpitudinẽ p̃ qua deberet certare vsq̃ ad mortẽ ⁊ tueri pudicitiã eius. ¶ Quito est graue illud p̃ter cõmissionẽ. q̃a dicit. j. ad Corin. vij. Mulier non habet potestatẽ sui: sed vir. et econtra. Nam in mr̃imonio vir dat mulieri: ⁊ mulier viro corpus suũ: quo nihil melius habet sub celo p̃eter animaz. Et totã sui corporis potestatẽ transfert in alteruz. Licet eñ vir sit caput mulieris quo ad regimen ⁊ castigationem in corporib⁹: tamẽ suis parem habent potestatẽ. Capere aũt rem q̃ in potestatẽ alterius est inuito dño non est aliud nisi furtum. Sed miruz est q̃ furtũ rerum punitur suspẽdio ⁊ morte: sed tale furtũ. ſ. adulteriũ grauj⁹ est ⁊ non punitur. Sed cur non punit? q̃ ipsimet rectores cõmunitatuz adulterio maculati sunt: habent eñ duas aut tres cõcubinas cũ p̃pria vxore. Dubitatur q̃d faciet mulier vt virũ suũ posset reuocare ab adulterio. Nõ eñ debet dicere si vir meus adulteriũ committit: ego sic̃r faciã: ⁊ eligã sociũ bonum. Rñdet q̃ p̃mo debet euz ꝟbis dulciter admonere p̃ponẽdo ei timorẽ dei. Scõo debet cũ obiurgare: expectãdo tempus oportunũ scz quãdo non est ebrius. Tertio si nõ

D p̃dest dicat rectori ecclesie ⁊ ecclesie iudicibus si est manifestũ. Quarto si nõ p̃odest confugiat ad deũ deuotis oronib⁹ vt virũ suũ cõuertat a via sua mala: sed q̃dam mulieres hoc non faciunt: aliqñ p̃opter timorem virorũ: sed magis timendus est deus. Aliquãdo etiã superãt mlieres falsis excusationibus: iurant ⁊ piurãt. Aliqñ dicunt nos sumus viri: estote vos femine: ⁊ non debetis regere nos: vos estis membra: nõ capita. Nos domini vos ancille, O qualis excusatio: velles ne q̃ mulier hoc idem tibi faceret? Certe non. Debet ergo talis mulier instanter rogare deum vt eũ auertat a via sua mala: aut inferat ei tẽporalẽ confusionem aut penam q̃ desistat. Sicut legimus de quodam milite: qui de latere cõiugis de nocte surgebat: ⁊ completo adulterio cũ aliena muliere domũ suam lucẽte lucna redibat. Cuius faciem per fenestraz intrantis vxor eminus contemplata clamat horrifice. Ad cuius clamorem ancilla domus ⁊ familia concurrentes: morq̃ ad intuitũ domini pariter clamauerũt: quasi a cõspectu demõis p̃territi. Quod vt miles vidit animo aduertit faciem suam a p̃pria forma recessisse diuino iudicio: et fm vili-

E tatem peccati confusionis ignominiam induisse. De mane ergo ꝓperauit ad ecclesiā vt confessus sacerdoti formā ꝓpriam recipere mereret. Cui cū vacce ⁊ pecudes ville procedentes ad pascua obuiarent: mox reddidere mugitus ⁊ diffugerūt: ⁊ idē pastores pecudum fecerunt. Sacerdos autē in ostio ecclesie ad dicēdas horas residēs: mox vt illū vidit: se signauit ⁊ intrans ostium post se clausit. Tunc miles se prosternens ante fores ecclesie. Miserere inquit pater sancte mihi miserrimo peccatori. Nō enim sum ille qui videor: sed hoc mihi peccatis meis exigentibus accidit: vt in me laruata quasi facies deformetur: sed penitenti iniunge quid vis: ⁊ sic de me quod voluerit deus expectabo. Nec mora. Ubi miles cum contritione ⁊ lachrymis est confessus ⁊ larualis illa confusio detersa est ⁊ propriā faciē cum sua integritate recepit. Uidimus plures ex his qui militē optime cognouerunt. ¶ Sexto est graue pctm̄ adulteriū ꝓpter fidei ⁊ sacramenti violationē. Ideo dr̄ adulteriū q̄si alterius thori violatio. Sunt em̄ tria ex q̄bus excusat̄ act⁹ matrimonij. ſm̄ ꝙ dicit mgr̄ sen. li. iiij. dist. iij. dicēs. Tria bona sunt inquit coniugij. Un̄ Aug⁹. Nuptiale bonū triptitū est. s. fides: sacr̄m ⁊ ꝓles. ¶ In fide attenditur ne post vinculū cōiugale cū alio vel cū alia coeat̄. Sed cōtra illud bonū facit adulter ⁊ adultera. Sepe enim accidit ꝙ viri habent vxores pulchras ⁊ lectos nitidos: ⁊ tn̄ vadūt ad mulieres turpes ⁊ fetidas: q̄a tales sciunt se reddere affabiles: sic etiā alique mulieres habēt viros bonos yconomos q̄ sūt boni gubernatores: ⁊ tn̄ alios admittunt. Sequit̄ in magr̄o. Consistit etiā in prole vt vnaniminit̄ suscipiat̄: ⁊ religiose educat̄. In sacramento: vt cōiugiū non separet̄ vt dimissus vel dimissa. Nec causa prolis coniungat̄ alteri. Separatio aūt gemina est corporalis ⁊ sacramētalis. Corpaliter pn̄t separari causa fornicationis vel ex cōi cōsensu cā religionis: siue ad tp̄us siue vsq̄ ad finē. Sacramentalit̄ ꝟo separe nequeūt dū viuunt si legitime sunt persone. Hec magr̄ q̄a manet vinculū cōiugale in ꝑpetuū. Dubitat̄ vtrū mulier adulterando vel mechādo magis vel grauius peccet q̄ vir. Respōdet Aug⁹. de anchona sup magnificat. dicēs ꝙ mulier adultera maius ⁊ graui⁹ peccatū cōmittit q̄ vir ꝓpter tria. Nam ad mulieris adulteriū cōcurrūt pctā aggrauātia que ꝑ se non cōcurrunt ad viri adulterium scz furtum homicidiū ⁊ sacrilegiū. Est ergo mulier adulterans furatrix ⁊ homicidij ꝓuocatrix: ⁊ est sacrilega. Est autē furtum acceptio rei aliene inuito dn̄o: quia ergo filijs debet̄ patria hereditas ex q̄ mulier adulterat̄: hereditatē paternā dat alienis filijs: ⁊ sic inuito dn̄o. Merito ḡ quādo casus talis venerit sollicite deberet ꝓcurare vt tales filij efficerent̄ religiosi: aliter furti iudicio cōdemnanda est. Secūdo est homicidij ꝓuocatrix: q̄a cum vxor cum viro sit vna caro: non pōt vir maiorem iniuriam recipere per carnē suā ꝓpriaz q̄ videre vel audire adulteriū. Un̄ ꝓpter mai⁹ incēdium qd̄ habet vir de adultera ⁊ mecha vxore: lex ciuilis penaz homicidij non apposuit viro interficienti vxorem actualiter adulterantē ⁊ mechantē. Lex tn̄ euangelij hoc non admittit: quia sublata est lex ciuilis ꝑ chr̄m: qn̄ dixit ad adulterā accusatā. Nec ego te cōdēnabo. Joā. viij. Tertio efficit̄ sacrilega: quia aliquādo propter multiplicationem humani generis ad cultum dei licituz fuit vni viro plures vxores habere: sicut fuit ī Abraam Job ⁊ alijs antiquis patribus: sed nūq̄ de lege licuit vni mulieri plures viros habere. Unde mulier mechans ⁊ adulterās vl̄r ſm̄ oē tp̄s est p̄uaricatrix legis diuine: ⁊ violatrix legis chr̄i ⁊ legis mosayce: sed non ſm̄ oē tēpus vir efficicit̄ sacrileg⁹ adulterās. Ergo tria aggrauāt adulteriū mulieris magis q̄ viri. s. furtū homicidiū ⁊ sacrilegiū. ¶ Scd̄o q̄rit̄ vtrū plus peccet frangendo fidem matrimonij vir q̄ mulier. Rn̄det idem doctor vbi supra dicēs ꝙ aliud est q̄rere q̄s maius peccatū cōmittit: scz mulier vel vir adulterās: ⁊ aliud est querere quis hoꝝ plus peccat: q̄a maius pctm̄ refert̄ ad operationē ⁊ actum peccati: sed plus peccare refert̄ ad conditionē ⁊ statum peccantis. Maius ergo peccatū cōmittit mulier adultera q̄ vir propter illa tria que dicta sunt. Sed plus

A tentiam tunc non est ei deneganda: si propinqui volunt pro eo satisfacere. Qui etiã ad hoc cogi debent quantũ habent de bonis eius cui succedũt. vt patet extra de rapto.ca.in lr̃is. Si autem q̃uis sit vere penitens fecit qd̃ potuit: licet tamen tarde et non habet vnde reddat: nec etiam propinqui vel heredes volunt pro eo satisfacere: licet ⁊ potest absolui: ⁊ viaticum potest sibi dari: tamẽ nullus clericoꝝ debet interesse eius sepulture: neq; elemosynas eius recipere. vt patz extra.e.sup eo. dicit Innocentius. q̃ hoc intelligit̃ de notorijs raptoribus ⁊ non de occultis. ſm leges raptor infra annũ punit̃ in quadruplum. Post annum in simplum: re ipsa in quadruplũ computata. extra. ff. de vi bo. rapto. l. j. ⁊ .ij. Et hoc si agatur ciuiliter. Si aũt criminaliter deportatur si facit cuz armis vim repellendo. Si autẽ sine armis punit̃ amissiõe tertie partis bonoꝝ. vt patet insti. de pub. iudi. §. Item lex iulia. Secũdo maledicunt̃ a proximis Eccl̃i. xxxiiij. Unus orans ⁊ alius maledicens: cuius vocem exaudiet dominus. Si est vnus qui orat: pro eis multi sunt qui maledicunt. Cuius vocem finaliter audit dominus. Certe maledicẽtium. Ergo frequenter penã tẽporalem eis optatam incurrunt. Cuius exemplũ ponitur in speculo historiali lib. xxvj. cap̃. lxv. q̃ quidam porcum vidue abstulit. Plorauit illa: sed non est exaudita. Qui cum comederet percussus est in gutture. Quod vulnus dũ vixit: a medicis sanare non potuit. Et ille conuersus ad religionẽ tanta laboris gutturis molestia afflictus: vt cum alimenta perciperet: ⁊ ad geminã refectionẽ fratrũ sibi succedentiũ discũberet: vix tm̃ in tanto spacio sumeret vt stomachũ recrearet. Tertio maledicent̃ a domino deo ĩ extremo iudicio. dicente illud Math̃. xxv. Ite maledicti in ignem eternum. Si enim maledicit illis qui propria nõ distribuũt dicẽs. Esuriui ⁊ non dedistis mihi mãducare. Quid faciet raptoribus aut quid dicet? Esuriui et abstulistis mihi manducare. Ori meo abstraxistis ⁊ dedistis canibus ⁊ auibus. Nã auferunt de ore dei ⁊ ponũt in os diaboli. Sitiui: ⁊ abstulistis mihi qd̃ debui bibere: ĩmo quod peius est: sanguinẽ meum ĩ pauperibus bibistis. Hospes eram ⁊ non collegistis me ĩmo domũ meam combussistis. Item nudus fui ⁊ nõ cooperuistis me: ĩmo vos substraxistis vestes meas. De quibus vestris vxoribus fecistis vestes caudatas. Et quãdoq; trahũt ĩ cauda sua totam substantiã vnius pauperis. Itẽ infirmus fui: ⁊ nõ visitastis me: sed vos vulnerastis me. In carcere fui ⁊ non eruistis me: sed vos in carceribus me cruciastis immo fregistis mihi crura ⁊ omnia mẽbra mea. Et quod adhuc peius est gloriãtur de illis. Audiui em̃ ab vno milite castrensi eum tot rapinas fecisse in iumentis ⁊ animalibus q̃ ex eoꝝ ossibus maius suo castro edificari posset. Alius dixit se tot equos rapuisse: q̃ si caudis connexi essent: possent extendi ad tria miliaria. Inde gloriant̃ vnde deberent verecundari ⁊ dolere ⁊ penitere: vnde incurrunt istam horribilem ⁊ diuinam maledictionem. Ite maledicti in ignẽ eternum ⁊ c̃. Legit̃ etiam q̃ quidã miles rapuit cuidam vidue vnam vaccam. Que cum fleret ⁊ instãter peteret vt ei vaccam restitueret ꝓpter paruos pueros quos haberet. Rñt Si ego nõ raperẽ tunc vnus alius sequẽs me hoc faceret: ⁊ sic vaccam retinuit. Post obitũ vero punitus est a diuersis demonibus. Et tamen vnus inter alios incessanter ⁊ infatigabiliter puniuit animaz eius. At ille ait. Cur me ꝑsequeris ⁊ punis magis q̃ aliquis alius? Respõdit. Si ego hoc non facerem: vnus alius sequens me faceret. Et hec sunt verba que dixisti vidue: dum eius vaccam rapuisti. O quot clamores viduaꝝ quot fletꝰ pauperꝝ quot lamenta orphanoꝝ ⁊ pueroꝝ ipsi capiũt sup animas? Uñ in Eccl̃i. dicit̃. Nunquid despicit dominus preces pupilli ⁊ vidue si effundit gemitus? Multũ ergo timere debent tales raptores: quia preces eorũ deus non exaudiet. Quia dicit̃ Esa. j. Orationes vestras non exaudiam: q̃a manus vestre sanguine plene sunt: ĩmo neq; orationes bonoruz q̃a feruentiores sunt preces pupilloruz ⁊ pauperũ q̃ bonoꝝ hominum. Sicut nullus obtinet causam in curia principis: si habet ibi multos ⁊ fortes cõtradictores. Sexto de-

Ebet cohibere raptores: quia est pena grauissima raptorum: quia in die nouissimo paupes erunt iudices raptor. Unde Job. Judiciū pauperib⁹ tribuit. Item Sapien. v. Tūc stabūt iusti in magna cōstantia aduersus eos qui se angustiauerunt. Et tunc rapine eorū collis eorū imponētur: ⁊ sic in inferno suspendunt. Septimo deberet eos cogere: quia sepe hic opprimunt egestate. Unde dicit Prouerbior. xj. Alij diuidunt propria ⁊ fiūt dittores. Alij rapiunt aliena ⁊ semp in egestate sunt: imo magis torquētur hic pro inferno habendo ꝙ pro regno celor. De quibus Petrus bleseñ. in epistola. xiiij. Hodie inqt nostri curiales in labore ⁊ in erumna: in vigilijs multis: in periculis maris: periculis fluminū: periculis pōtium: periculis montiū: periculis in falsis fratrib⁹: in mortib⁹ frequēter: in cōfractiōe ⁊ lassitudine corpis atq; in alijs discriminibus: in quib⁹ gloriā martyrij mererent: si hec pro chri nomine sustinerent. Nūc autem sunt martyres seculi: mundi professores: discipuli curie: milites diaboli. Per
F multas siquidem tribulationes intrant in infernum. Justi siquidem per multas tribulationes intrāt regnum celorum. Hec ille. Octauo debent eos cohibere: quia rapina est deo odiosa. Juxta illō Esa. lxj. Ego dñs amans iudiciū: ⁊ odio habēs rapinā. Etiā diabolo est obsequiosa. Est etiaz proximo iniurioſa: qa vt habeant occasionem rapiendi querūt causam ⁊ mittunt literas guerrar. cōtra illud qō dr. Jo. iij. Neminē cōcutiatis: sed estote cōtēti stipēdijs vris. Nemini calumniā inferatis. Nā nunc recedunt de aratro ⁊ fiūt armigeri: ⁊ pmittūt se vocari nobiles ⁊ sunt rustici nati ⁊ c. hāc materiam diffusius queras in precepto de homicidio: in sermone de bello. ¶ Secūdi sunt raptores rerū inuentores. De quibus xiiij. q. v. capi. Si quid inueniſti: ⁊ non reddidiſti: rapuiſti: quātū potuiſti feciſti: quia plus non inueniſti. Qui alienum retinet: si posset etiam tolleret. Deus enim cor interrogat: non manū. Hec Augustinus. Idem dicit in ca. Multi eñ sine peccato putant esse: si alienū quod inuenerūt teneant. Dicunt enim, Deus mihi dedit cui habeo reddere. Discāt ergo hoc peccatū simile eē rapine: si quis inuenta non reddit. Si autem eo animo accepiſti vt domino restituas: non committis furtum. Hoc tamen in libello debes protestari. vt habetur. ff. de furtis. l. falsis §. Qui alienum. Sicut quidam de quo dicit beatus Augustin⁹ in sermonibus ad heremitas. in sermone de inuentione reddenda. Qz illo tempore quo ipse fuit mediolani: quidam iuenit pecunie sacculū ⁊ ille fecit scribi epitaphium ad valuas ecclesie. Et inuento epitaphio qui pecuniam perdidit legit. Et accessit ad illum pro restitutione. Et ille interrogauit sacculi quantitatem: ⁊ alius qualitatem descripsit. Tūc aperiēs sacculum obtulit ei. xx. solidos. et ille noluit accipere: tunc obtulit decē ⁊ noluit accipe: obtulit quinqz ⁊ noluit. Tūc ille stomachatus proiecit sacculum dicens. Nec ego aliquid pdidi: vtinam tales nunc essent inuentores rerū. Querit ergo: vtrū res inuenta sit semp restituenda? Respondetur de re inuēta alicubi est triplex distinctio facienda. Prima est qz res inuenitur que nunqz fuit in bonis alicuius saltem de propinquo sicut gemme vel lapides precio si inuenti in littore maris: ⁊ tales res licite potest retinere homo. Secunda est res inuenta que de proximo fuit in bonis alicuius nec p derelicta habet a domino ei⁹. Tūc eñ si homo talem rem inuenit animo restituendi ei cuius fuit: absqz peccato furti potest ipaz recipe vt restituat ei: vel pauperibus distribuat si ignorat dominum facta proclamatione: vt sunt thesauri inuenti in terra. De quibus in institutis de rer. diui. §. thesauros. si in loco proprio statim inuentoris sunt. Si autem in loco alieno ⁊ casu fortuito inuenit eū: dimidius sit inuētoris ⁊ dimidius dñi loci. Si vero studiose quesiuit: sicut illi qui vocant diabolum p ostētatione thesauri: ⁊ inuenit eum in loco alterius: totus erit domini loci. Si vero in sacro vel religioso loco ⁊ casu fortuito inuenit thesaurū: tot⁹ inuentoris fit. Idem ptz. C. de thesauris. l. Nemo. Tertia distinctio est: si res alicuius fuit de propinquo ⁊ scit cuius est: vel non ostēdit: sed eam recipit animo retinendi: tunc est fur-

A tum rapina ⁊ peccatū mortale. Tertij sunt raptores qui spoliant naufragantes: et tales grauiter peccant: quia nihil talibus est auferendum: imo quicquid de ipso naufragio inuentū fuerit siue in mari: siue in littore restituendū est. vt patet. ff. de incen. rui. ⁊ naufra. l. si quis ex naufragio. Nec excusatur a peccato mortali: nisi ea intentione receperit vt restituat ei cuius est. Nec excusatur quis aliqua consuetudine statuto vel etiā p̄cepto. Hoc em̄ est contra preceptum dñi Leuiti. xix. Diliges proximū tuum sicut teip̄m Mat. vij. Omnia que vultis vt faciāt vobis homines: ⁊ vos eadē facite illis. Itē Thobi. v. Quod tibi odis ab alio fieri: alteri ne feceris. Idez est de illis qui frangunt pontes aut subuertūt curruz ⁊ tangunt solum. Si ep̄us vel quilibet p̄latus tanti criminis esset pticeps vel consentiēs esset deponēdus. vt ptz extra de accu. capi. cum dilecti. Laicus vero admonitus nisi satisfecerit est excōmunicatus ipso facto. vt ptz extra de rapto. ca. excōicationi.

B vbi dicit. Illi qui chr̄ianos naufragiū patiētes: quibus ꝑm regulam fidei suffragio esse tenentur: damnata cupiditate spoliāt rebus suis: nisi ablata restituerint: excommunicationi se nouerint subiacere. Et hoc intellige nisi pirate sint vel aliquam tyrānidem exerceāt. Alij qui spoliāt peregrinos ⁊ chr̄ianos p̄o negociatiōe vel alijs honestis causis nauigio vectos sunt excōmunicādi. vt ptz in cap̄. excōicationi. vbi supra. Tales oēs tenent ad restitutionē. Et nō solum hij spoliatores sed qui cōtinentur in his metris. Jussio consensus cōsilium palpo recursus. Participans mutus non obstans non manifestās. Isti fiūt participes ꝑm illud p̄s̄. Si videbas furem currebas cū eo ⁊c̄. Primus est iubens furtū vel rapinam. Illi equaliter peccant: imo aliq̄n magis iubens q̄ faciens: sicut quādo superiores iubēt malum fieri: quibus non est obediendum Actuū. v. Oportet magis obedire deo q̄ hominibus. Idem. xj. q. iij. capō qui resistit. Nam Herodes nequaq̄ Joannem baptistam decollauit: sed spiculator: ⁊ tamen sibi mors Joānis imputat. Ideo dicitur in regula iuris. libro. vj. Quod q̄s facit per alium: per se facere videtur. Sic Pilatus non crucifixit Christum nec iudei propijs manibus: sed milites: tamē mors christi eis imputatur. Sic ⁊ precipiens rapinam q̄uis non faciat propijs manibus: tamen rei sunt omnium illorum malorum que iubent: ⁊ etiam damnantur p̄o illis malis nisi restituāt. Sicut enim bonus qui iubet facere bonum remuneratur p̄o illo: sic ⁊ malus iubens fieri malum damnatur p̄o illo. ¶ Secundus est consilians rapinam aut furtum: et tales sunt filij cayphe: qui dedit consilium vt christus occideret. Si igitur quis dat consilium: vt proximus dānificetur: tenetur ad restitutionez. Sed est distinguēdum. Aut enim predo ille siue fur hoc erat facturus etiam sine consilio: ⁊ tunc minus peccat q̄ faciens: nec tenet ad restitutionem. Aut non erat facturus: ⁊ sic par est delictum facientis ⁊ consilians tis. vt patet. ff. de furtis. l. qui seruo. et talis tenetur ad restitutionem. Sic grauiter peccant illi qui dant cōsilium principibus: immo instigant eos ad guerras rapinas ⁊ incendia. Tales illorum malorum rei sunt Eccli. xxvij. Facienti consilium nequissimum super illud deuoluetur: ⁊ non cognoscet vnde veniet illi. Cuius exemplum patet in Aman Hester. iij. ⁊ vij. qui fuit suspensus in patibulo: quod parauerat Mardocheo. Idem patet de principibus qui dederunt consilium contra Danielem: vt mitteretur in lacum leonuz: qui postea per se fuerunt missi in lacum leonum. Et deuorati sunt a leonibus. vt patet Danielis. vj. Idem patet de consilio Achitofel: qui malum consilium dedit contra Dauid: et suspendit semetipsum. vt patet. iij. Regum. Et sic patet q̄ cōsilium malum venit super Dantem. Ideo dicitur Ecclesiastici. xxvij. A cōsiliario malo serua animā tuā. ¶ Tertius est consentiens. De quibus dicitur extra de offi. delega. capi. primo. Q̄ consentientes ⁊ faciētes: pari pena puniunt. Sic etiam cōsensus operationis in bonum. De quo. xi. q. iij. capō. Qui peccantibus consentit: ⁊ defendit alium delinquentem: maledictus erit apud deum ⁊ homines. Idē habet. lxxxvi. distin. capi. facientis. Talis

E reus est omnium malorum: ⁊ tenetur ad restitutionem. ¶Quartus est palpo: id est adulator laudans raptorem vel furez. Unde ꝑsal'. Laudatur peccator in desideriis anime sue: ⁊ iniquus benedicit'. Tales pervertunt ordinem rationis: quia laudant illud quod est vituperabile: ⁊ sic mali confortantur in malicijs suis. Talibus minatur dominus ve eterne damnationis. Esaie quinto. Ue qui dicitis bonum malum: et malum bonum: ponentes tenebras lucem ⁊ lucem tenebras. Quare est q̄ tam viri q̄ mulieres multiplicantur in malicijs: nisi quia laudantur in malicijs suis ⁊ in peccatis eorum sicut dicunt de raptoribus. Isti non habent manus sanctorum: audent em̄ rapere. Unde Hieronymus super ꝑsalm̄. Nihil est quod tam facile corrumpit mentes hominum: sicut adulatio. Plus nocet lingua adulantis q̄ gladius persecutoris. Sed ista adulatio potest fieri triplicit̄er. Primo attribuendo alicui hominum quod quis habet: ⁊ hoc mala intentione: sicut pharisei christo. Cui attribuebant veritatem: F scilicet doctrine vite ⁊ iusticie dicentes. Magister scimus quia verax es. Ecce veritas vite ⁊ iusticie: propter secūdum dicebant. Omnia in veritate doces. Propter tertium subdunt. Non est tibi cura de aliquo. Hoc fecerunt vt eum caperent in sermone: ergo est mortale peccatum. Secūdo fit approbando malum quod quis habet: quod est mortale peccatum. vt patet. xlvj. distin. cap̄. sunt nonnulli qui dum malefacta hominum laudibus efferunt augēt quod increpare debuerunt. Tertio fit vt bonum q̄ quis habet nimis extollendo: ⁊ hoc potest esse veniale ⁊ aliquando mortale. ¶Quintus est participans id est partē capiens de furto vel rapina vt primo qui inde comedunt vel bibunt. Et tales tenentur ad restitutionez. Sed quid faciet uxor raptoris vel furis. Potest ne comedere de furto vel rapina. Respōdetur q̄ si maritus habet aliquid de iusto: de illo mulier separatim debet viuere. Si vero nihil habet nisi rapinam debet suis propriis manibus laborare vel ostiatim mendicare ⁊ sic victuz querere, vt dicit Hostien̄. Si autem maritus sit ita malus q̄ omnino cogat eam viuere de rebus raptis: nec potest sibi aliunde victum querere tunc ne fame moriatur: restat ei triplex remedium. Unum q̄ ipsa viuat de dote vel de spōsalicio. Secūdum est q̄ ipsa denūciet episcopo qui potest cōpellere maritum: vt pascat uxorem suā de iusto. vt patet. ij. q. j. capō. Si peccauerit. Tertio si de nullo alio sustentari posset nisi de rapina comedat inde in dei nomine; quia necessitas legem non habet: ⁊ proponat tamen restituere quāto citius poterit. Secundo etiam participant ementes rapinam vel furtum: ⁊ tunc est distinguendum tamen. Nam ille qui emit rapinam aut intendit gerere negocium alterius cui res est ablata: ⁊ tunc potest repetere precium quod dedit: ⁊ expensas quas circa illam rem fecit. vt patet. C. de re. vē. l. domum. Aut intendit gerere negocium proprium: puta quia emit vt retineat: aut ergo emit fide bona aut mala. Si fide mala: puta quia sciuit rem fuisse furatam: sic emptor grauatur sex modis. Primo semper tenetur restituere rem: etiam si alias moriatur vel violenter auferatur. Secundo tenetur restituere omnes fructus perceptos in medio tempore: ⁊ qui medio tempore percipi poterant. Tertio res est estimanda ꝑm eius optimum tempus: puta si res tempore venditionis fuit melior q̄ postea. Quarto non potest repetere precium quod dedit. Quinto non potest agere de precio soluto contra venditorem. Obstat enim sua turpitudo: nisi de hoc expresse tacuit. vt. iiij. q. v. capi. Hoc ius. Sexto perdit etiam expensas voluntarias. Si enim emit fide bona: puta quia credit rem esse iustam: sic bona fides quattuor sibi confert. Primo non tenetur rem restituere durante bona conscientia. Secundo potest rem alienare ⁊ vendere durante bona conscientia. Tertio non tenetur rem restituere in casu fortuito durante bona fide: ⁊ si res interim pereat absq̄ culpa sua in nullo tenetur respondere. ¶Quarto post restitutionem rei potest agere contra venditorem de precio quod dedit. Si autem probabiliter credit bellum iustum fuisse: puta quia vicini vel etiam sa-

a pientes hoc dicunt: tamen similiter illa bona fides confert sibi illa quatuor supradicta. Si autem postea sciuerit bellum iniustum fuisse: tunc debent restituere rem et fructus extantes: non autem cōsumptos. ¶Septimus est mutus id est qui solo verbo posset prohibere rapinam vel defendere ne alij raperēt. Quia dicit regula iuris libro sexto. Qui tacet consentire videtur. Sicut custos turris videns rapiētem ⁊ nō clamans consentit. Ergo ꝑm Bernardum ītelligitur de illo qui ex officio tenetur defendere alias non: vt de illo qui tacet in synodo vel etiam ciuili iudicio vbi talia fore facta merito debēt publicari. ¶Octauus est hospitatus vel colligens furem aut raptorem eum occultādo. Qui enim non indicant furem domino suo ipsum querenti: participes furti sunt. vt extra de furtis. ca. qui cum fure. Sed hoc intelligendum est de illo qui furē ideo nō vult prodere vt particeps furti fiat. Et tales tenentur ad restitutionem. ¶Nonus est non obstans id est qui de facto posset resistere sine suo periculo: ⁊ non facit: ⁊ si ad hoc ex officio teneatur obstare vt sunt principes ⁊ prelati: participes sunt omnium illorum peccatorum. vt patet. xxiij. q. iij. Qui potest obuiare et perturbare puersos ⁊ nō facit: nihil aliud est q̄ impietatē eor fouere: nec caret scrupulo societatis occulte qui manifesto facinori desinit obuiare. Et. xij. q. vij. negligere. Hij omnes tenentur restituere quilibet in solidum nisi vnus satisfecerit: q̄ bona fides non patit q̄ idez bis exigatur. ff. de re. iur. bona fides. Alij dicunt q̄ qui causa fuit totius spolij talis tenetur reddere in solidum: alias non tenetur nisi de parte percepta. Vtinam tales compellerentur ad restitutionem: sicut de quibusdam de quibus beatus Grego. in. j. dial. dicit. Cuncta dārida gothorum comes cum exercitu in loco eodem venisset dei seruus libertinus ex caballo in quo sedebat ab eius seruis proiectus est: qui iumenti perditi dannum libenter ferens etiam flagellum quod tenebat: diripientibus obtulit dicens. Tollite vt habeatis qualiter hoc iumentum minari possitis: quib⁹ dictis ꝑtin⁹ se in oīonem dedit. Cursu aūt rapido ꝑdicti ducis exercitus ꝑuenit ad flumē nomīe vulturnū: ibi equos suos ceperunt singuli ḥactis tundere calcaribus cruentare: sed tamen equi calcaribus cesi: calcaribus cruentati: fatigari quidem poterant: sed moueri non poterant: sicq̄ aquam fluminis tāgere quasi mortale precipitium pertimescebāt. Cuncta diu sessores singuli fatigarent vnus eorum intulit: q̄ ex culpa quam seruo dei i via fecerant illa itineris sui stipendia tolerarēt. Qui statim reuersi post se: libertinum inuenerunt in oratiōe prostratum. Cui cum dicerent. Surge tolle caballum tuum. Ille respondit. Ite cum bono. Ego opus caballo non habeo. Descendentes vero eū inuitum super caballum de quo eum posuerāt leuauerunt: ⁊ protinus abscesserūt. Quorum equi tanto cursu illum quē prius transire non poterant fluuium transierunt: ac si ille fluminis alueus aquam minime haberet. ¶Quartus gradus raptorum est superflua retinere. de quib⁹. xlij. di. hospitationē. vbi dicit Hiero. Aliena rape conuincit: qui vltra sibi necessaria retinere p- b baſ. Et. xliij. di. c. sicut hij. sub verbis Ambrosij. Non minoris criminis est habenti tollere: q̄ cum possis ⁊ abundas indigentibus denegare. Esurientiū panis est quez tu detines: nudorum indumētum est quod tu recludis: miserorum redemptio ⁊ absolutio captiuorum est pecunia quam in terra defodis. Hec ille. Sequitur q̄ maxime peccant plati ecclesiarum thesaurisantes sibi de bonis ecclesie. Unde Bernar. ad fulconem. Quicquid vltra victum ⁊ vestitum retines tuum non est: pauperum est: furtū est: rapina est. Unde Ambrosius: ⁊ ponunt eius ꝟba. xiij. q. ij. c. Aurum habet ecclesia non vt seruet sed vt eroget et subueniat in necessitatibus. Et in capi. Gloria episcopi est pauperum prouidere penurijs: ignominia omnium sacerdotum est propriis studere diuitijs. Sic etiā sunt raptores diuites huius seculi tenaces. c

¶De peccantibus per vsuram.

Quinto peccāt contra illud preceptū vsurarij: quia nomine furti intelligitur omnis illicita rei aliene occupa-

E tio vel vsurpatio. vt patet. xliij. q. v. capko penale. Ideo dicitur rapina. vt patet. xliij q. iiij. Si quis vsuram accipit: rapinam cõmittit. De illis vsurarijs loquit Franciscꝰ petrar. lib. j. de re. vtri. for. ca. lxv. dicens. Paulo ante hoc tempus feneratores vt leprosi a consortio hominum segregati erãt. Nullus tamen ad eos accesserat nisi egenꝰ sed vt male olentes atq; contagiosi ab alijs vitarentur. Nunc iam non modo cum populo sed cum principibus conuersantur et matrimonia contrahunt et dignitates adipiscuntur. Hec ille. Quã vilitudinem considerãs prophęta ait. In plateis eius vsura ⁊ dolus. Antiquitus enim in vna ciuitate vix inueniebatur vnus feneratoꝛ: ⁊ dicebat domus eius domus diaboli ⁊ vinea eius vinea diaboli ⁊ c̃. Osculum pacis ei nõ dabatur in missa. Ignis a vicinis eius in domo eius nõ sumebatur: homines eiꝰ occursum expauescebant: et eũ digito ostendentes non strabant. Nunc prochdoloꝛ tanta multitudo est q audẽt dicere vsuram non esse peccatum. Contra quos dicitur i clem. extra de vsuris. capko. graue. §. sane. Si quis in illum erroꝛem inciderit: vt pertinaciter affirmare p̃sumat exercere vsuras non esse peccatum: decernimus eũ quasi hereticuz puniendũ: locoꝝ nihilominus ordinarijs ⁊ hęretice prauitatis inquisitoꝛibus districtius iniungentes vt cõtra eos quos in erroꝛe hmõi diffamatos inuenerint ⁊ suspectos tanq̃ contra hęresim procedere non obmittant. Hec ibi. Et nulla causa huius paruip̃sionis peccati est: nisi multitudo et impunitas ⁊ etiã prelati ⁊ ipsimet spirituales ⁊ sacerdotes faciunt: non curantes illud quod dicitur extra de vita ⁊ hone. cle. capi. Clerici arma portãtes ⁊ vsurarij excõmunicent. Sed q sit peccatum magnum patet: quia est contra omnem legem dei.

Est contra legem naturalem.

Est contra legem mosaycam.

Est contra legem euangelicam.

Est contra legem canonicam.

Primo em̃ est cõtra legem nature. Thobie. v. Quod tibi non vis fieri: alteri ne feceris. Sed nemo vellet q mutuans ab aliquo reciperet ab eo vltra sortem: sed quilibet hoc odit ab alio sibi fieri. Ideo probat Aristoteles. j. Politi. q sit cõtra naturam quia vnũ ens artificiale nõ generat aliud: licut scamnum non generat scamnũ: sed bene equus generat equũ. Sed denarius est ens artificiale: ergo non potest generare alium denarium: quod tñ vsurarius intendit. Ergo vocat eaz Aristoteles ibidem kacos. i. pecunie generatiuam: ergo vsura in se est mala. Item vsura solum consistit in rebus que mensurãtur: ponderanꝰ vel numerantur. Sed talia habent certũ valoꝛẽ in natura ab arte. Ergo accipiens lucrum ab his vult habere furtuz: cum habeat certum valoꝛẽ. Item vult q res naturalis vel artificialis valeat vltra suaz naturam vel artẽ: ḡ vsura est cõtra naturaz. Secõ est contra legẽ mosaycam. Exodi. xxij. Si pecuniam mutuam dederis pauperi qui tecũ est nõ vrgebis eũ quasi exactoꝛ: nec vsuris opprimes eum. Super quo dicit Rabisalomon. q ibi non excluditur gentilis: quia ab illis poterant accipere vsuram. vtz Deut. xxiij. Non feneraberis fratri tuo: sed alieno. Et hoc fuit eis permissuz tanq̃ minus malum ad maius malum vitanduz. Idem ptz Leuiti. xxv. Pecuniã tuam non dabis fratri tuo ad vsuram ⁊ frugũ abundantiaz non exiges. Idez patet Deut. xxiij. Fratri tuo absq̃ vsura id quod indiget accõmoda bis: vt benedicat tibi dñs in omni tempoꝛe tuo. Sequit. Q; si chr̃ianus accipit vsuraz a chr̃istiano: est peioꝛ q̃ vnq̃ iudei: qui hoc non acceperũt a fratribꝰ suis. s. iudeis. Tales sunt illi pessimi iudei: qui proximo suo in mutuo dant duos modios auene vel siliginis. Idem ptz in prophetis qui vsuraz inhibent. Unde prophęta Dauid querit. Quis ascendet in mõtem dñi: aut quis stabit in loco sancto eius? Rñdet. Innocens manus ⁊ mũdo coꝛde: qui pecuniam suam non dedit in vsuram. Idem Ezech̃. xviij. Neemie. v. Usuras singuli a fratribus vestris ne exigatz. Et loquit ibi ꝓtra iudeos: qui centesimã partem frumenti vini ⁊ olei exigebant. Sed chr̃iani nõ centesimã: sed prochdoloꝛ decimam aut octauam aut sextam capiunt. Noui duos fratres carnales: quoꝝ vnus alteri in sua necessita-

A te cõcessit sex florenos. Anno vero elapso compulsus fuerat sibi reddere nouem florenos. Si ille ꝯ fecit fratri suo carnali qđ nõ faceret extraneo? ¶Tertio est cõtra legem euangelicã: vt patet Luc. vj. Mutuũ dantes ⁊ nihil inde sperantes. Primus est consiliũ: secundus est ꝓceptũ: qa spes lucri facit vsurariũ. vtz extra de vsuris. ca. Cõsuluit. Sed nunc ꝓchdolor refrigescit charitas multor: quia nemo alteri aliquid cõcedit sine lucro. Vbi est pietas antiquorum patrum? Vbi est pietas Thobie quia concessit gabelo decem talenta argẽti existenti i captiuitate. vtz Thob. j. Vbi est pietas ⁊ miscõia sancti Nicolai: qui dedit tribus vicibus pondus auri paupi? Nã tres liberauit filias ne lupanari macularẽtur infamia. Vbi est pietas sancti Pauli: qui se dedit in seruum pro redemptione cuiusdã filij vidue? Vbi est pietas sancti Nicolai de tolẽtino: qui mendicauit ostiatim: vt quendã incarceratũ redimeret? Vbi nũc inueni res talẽ monachũ? ¶Quarto est cõtra legem canonicam. vt patet. xiiij. q. iiij. capi. B Si quis timorem dei oblitus est ⁊ sanctar scripturam que dicunt. Qui pecuniã suam non dedit ad vsuram: post hanc cognitionem magni consilij fenerauerit: vel centesimam exegerit aut ex quolibet negocio inhoneſto turpis lucri aliquid quesierit: aut per diuersas species vini vel frugis aliqua incrementa susceperit: de gradu suo deiectus alienus habeat. Ibidem. capi. Quoniam multi. ⁊ extra de vsuris. ca. Sup eo. Jõ ecclesia eos multipliciter punit. ¶Primo excõmunicatiõe: quia oĩs vsurarius est excõmunicatus: quia dicit extra de vsuris. libro. vj. capõ. Vsurarũ voraginem que animas deuorat: facultates exhaurit: cõpescere cupientes constitutionũ lateranensis cõcilij cõtra vsurarios editã: sub diuinẽ maledictionis interminatiõe ꝓcipimus inuiolabiliter ac integraliter obseruari. Hec ponit extra eodẽ titulo. Quia in omnibus vbi primo ponitur: q̃ non debent admitti ad cõmunionẽ altar̃: quia sunt excõmunicati: qđ nõ est paruũ: qa qui excõmunicat: sathane tradit. vt ptz. xj. q. iij. capõ. Oĩs. ¶Secundo nõ debẽt recipi eor oblatiões qr̃ dr̃ Prouer. iij. Honora dñm tuum de tuis iustis laborib9. Et Eccli. ix. Qui offert de rapina paupis: quasi qui victimat filium in conspectu patris. Audiui de quodã vsurario in italia: qui non restituebat vsuras: sed omnia que habebat cuidaz monasterio dereliquit. Abbas vero ⁊ monachi ꝓmiserunt ei salutem dicentes: q̃ multũ placeret deo q̃ eis sua bona relinq̃bat. Cum aũt eo mortuo in ecclesia staret corpus eius ⁊ pro ania ipsius vsurarij monachi solẽnes exequias celebrabant: surgens mortuus accepit candelabrũ ferreũ ⁊ oẽs fugauit: ⁊ monachos multos vulnerauit: dicens. Vos estis traditores qui mihi salutem promittebatis ⁊ decepistis me: ⁊ nũc crucior in inferno: ⁊ statim euanuit. Non ergo debent reddere ecclesie: sed heredibus. Si aũt heredes non sunt: reddant pauperibus. Tercio nõ debẽt recipi ad chr̃ianã sepulturã si cũ ꝯo pctõ decesserint. vtz. eo. ti. c. i oib9. ⁊ eo. ti. ca. Ex ꝑ. vbi dr̃. Omnes religiosos ⁊ alios q̃ manifestos vsurarios cõtra presentis sanctiõis formã ecclesiasticam ausi fuerint admittere ad sepulturã pene latranensis cõcilij cõtra vsurarios ꝓmulgare statuimus subiacere. Non eñ cimiterium aut ecclesia est sepultura vsurariorũ: sed patibulum. Cuius exemplum patet. Fuit quidam vsurarius qui nolebat restituere. Qui infirmatus vocauit sacerdotes ⁊ petiit sacramentum ⁊ ecclesiasticã sepulturã. Respondit sacerdos q̃ non daret sibi: nisi plene restitueret. Quod facere noluit: et sic mortuus est. Reuocatus est aũt sacerdos vt animã deo cõmendaret ⁊ angelis eius. Respondit. Ego commendo eam demonibus. Rogauerunt etiã amici vt mortuũ sepeliret in cimiterio propter amicorum honorem. Quod ille negauit quia in vita sua vsuras restituere noluit. Ideo in morte sepultura ecclesiastica carebit. Habebat autem sacerdos vnum asinum: qui nihil aliud fecit: cõ q̃ libros ad ecclesiam ferebat: ideo nullam aliam viam sciebat. Rogauerũt amici defuncti sacerdotem: vt corpus super asinum poneret: ⁊ ad quem locum illud deferret: ibi sepeliretur: putantes q̃ ad ecclesiam illud delaturus esset.

C

D

quia aliam viam nesciebat. Placuit sacerdoti pactum. Asinus corpus vsurarij supra se positum: non declinās ad dexteram neq; ad sinistram: tulit ad patibulum: et excutiens se coram omni populo: proiecit illud sub patibulo: et ibi sepultus est. ¶ Quarta pena est: q̄ non debet absolui a peccatis: nisi prius de vsuris satisfecerit: vel idoneam prestet cautionem. vt patet eodē titu. libro. vj. capitulo. Quāq̄. Vbi dicitur in fine. Nullus manifestorum vsuriorum testamentis intersit: aut eos ad confessionem admittat siue ipos absoluat: nisi de vsuris satisfecerint: vel de satisfaciendo pro suarum viribus facultatum prestēt: vt premittitur idoneam cautionem. Audiui de quodam vsurario defuncto Bononie qui filio suo cōmisit in vltima voluntate: q̄ omnib⁹ vsuram restitueret a q̄bus receperat. Mortuo patre filius fecit proclamare: q̄ oēs illi a quibus pater suus acceperat pecuniā vsurariam: venirēt tali die: quia vellet eis pecuniam restituere et vsuram. Et venerunt prima die vltra tria milia: et restituit
F vltra septem milia ducatorum. Sed quare ecclesia ita fortiter punit peccatum vsure? Respondetur propter magnitudinem peccati: quia vsurarius est peior fure: quia fur solum nocte furatur: sed vsurarius die noctuq̄: et etiam magis depauperat. Secundo est peior iuda traditore: quia iudas semel deum vendidit sed vsurarius totiēs christum vendit quotiens vsuram accipit: et non sicut iudas pro. xxx. denarijs: sed p vno denario Christum vendit. Item Judas trigita denarios restituit quos iniuste acquisiuit. Mathei. xxvij. Penitentia ductus retulit triginta argenteos: sed vsurarius nullo modo vult restituere que iniuste acquisiuit. Tertio est peior omni peccatore: quia cum alij peccatores quandoq̄ a peccatis cessant: sicuti superb⁹ a superbia luxuriosus a luxuria: gulosus quandoq̄ ieiunat. Sed vsurarius peccatum vsure omni die committit: siue sit in die natiuitatis christi: siue in die resurrectionis siue ascensionis. Item peccat in omni loco siue in ecclesia audiendo missam: siue in mensa comedendo siue in loco dormiendo et vbicunq̄ fuerit semper eius peccatum augmentatur. Quarto facit contumeliam beate virgini et sanctis eius et angelis: in quorum festiuitatibus continue peccat vsuram committendo. Ideo destitutus erit in extremis auxilio dei et omnium sanctor̄. Unde cum dicitur. Miserere anime huius vsurarij: potest chr̄s respondere. Quomō miserebor ei quia nec ipso die in quo genus humanū redemi: me honorare voluit. Quinto est peior morte corporali: quia mors solum interimit corpus: sed vsurarius corp⁹ et animam. Cuius exemplum ponit Cesarius di. ij. c. xxxij. Fuit quidam vsurarius colonie qui diuino compunctus iudicio sacerdotem adijt ad confessionem: et vt domi nū pro suis peccatis placaret: pollicitus est quia omnia bona sua pauperib⁹ erogaret. Cui sacerdos respondit. Incide de panibus tuis elemosynam ita vt cistam ex eis impleas: claudeq̄ illam. Qui cum die altera arcam aperuit: quot ibi posuit elemosynas tot ibi repperit bufones. Cui cum sacerdos diceret. Vides nunc quantum deo placeant elemosyne de vsura. Territ⁹ ille respondit. Domine quid faciam? Si vis inquit salu⁹ fieri hac nocte in vermes istos nudus iaceas. Mira contritio. Ille licet stratum nimis abhorreret vermibus tamē moriturum se proponens cum timore gehē ne: et cum amore celestis patrie nudus se super vermes iactauit. Sacerdos vero arcam clausit et abijt. Quam die postera cuz aperuisset: nil preter ossa hominis inuenit que in porticu sancti Gereonis martyris sepulta dicuntur et tante esse virtutis vt vsq̄ hodie nullus bufo terminos eiusdem sepulchri possit intrare. Sexto est peior diabolo: quia diabolus neminem nisi malos punit: sed vsurarios punit bonos et etiam malos. ¶ Quinto ecclesia punit vsurariuz eum restringendo omnibus modis quibus potuit: quia contra solutionem multiplex remedium adhibuit: quia si aliquis promissum soluere non debet cogi ad soluendum: quia vsure sunt indebite. vt patet in ca. debitores. et de iureiur. vbi dicitur. Debitores ad soluendas vsuras in quibus se obligauerunt cogi non debēt. Si vero de ipsa:

A rum solutione iurauerint: cogendi sunt domino reddere iuramentum: ⁊ cum vsure solute fuerint: creditores ad eas restituēdas sunt ecclesiastica seueritate: si necesse fuerit compellendi. Potest enim ecclesia compellere vsurarium: ꝙ relaxet iuramentum ⁊ si non potest tunc soluat ⁊ repetat. Si autem iurauit non repetere nō repetat directe propter iuramentum: sed denunciet ecclesie vt illa compellat eum ad restituendum. Sed si iurauit non denunciare: illicitum est iuramentum: ⁊ non est seruādum. vt patet extra de cogna. spiri. ca. a nobis. Ideo in cle. extra de vsuris. cap̄. ex graui. excōmunicant̄ omnes cōmunitates ciuitates capitanei rectores consules facientes statuta ⁊ approbantes vsurariam prauitatem: statuentes vsuras exigi ⁊ solui: ⁊ debitores ad soluendum compellunt: ⁊ ꝙ vsure non repetantur: tales de facto sunt excommunicati: nisi huiusmodi statuta infra tres mēses deleuerint. Hoc totum intelligitur de publicis vsurarijs quia sunt duplices vsurarij: scilicet publici ⁊ occulti. Primi sunt qñ mutuant cum intentione: accipientes vltra. Et hoc verum est: qñ nullo modo mutuaret: nisi speraret lucrum. Et tales ꝓpter spem lucri fiunt vsurarij. vt ptz extra de vsuris. Quia dicit saluator. Mutuum dantes ⁊ nihil inde sperātes. Secūdi sunt qui mutuāt res suas ad certū terminū vel finē: quo veniente nolūt p̄stare vlteriorem dilationem donec aliquod emolimentū recipiant: licet expresse nihil petant. vt patet in capl̄o. consuluit. vbi supra. Tertij sunt qui pro mutuo accipiunt munus ⁊ si fit ex pacto tacito vel expresso vsura est ꝑm Thomam. Dicitur hic munus non solum a manu: sed etiam a lingua vel obsequio: vt domini molendinaꝝ qui mutuant pistoribus vt ad eorū molendinam molant: ⁊ sic vsuram cōmittunt ꝑm Guilhelmū. non tamen tenētur ad restitutionē: nisi inquantū ip̄os ꝑ hoc damnificarent. Quarti sunt qui vendunt res longe carius propter dilationem solutionis q̄ si eis incontinenti soluerent. vt patet in ca. consuluit. eo. ti. Si enim venditor statuit in corde suo pro quanto velit rem suam dare non potest sine peccato propter dilationem p̄cium augmētare: vel ante exponunt vel minus dent pro se. Quinti sunt qui emunt vinum vel bladum cum adhuc crescit in tam bono foro ꝙ verisimile est ꝙ nullo tempore solutionis ita modicum solueret. Tales vsuram committunt. Uerbi gr̄a sicut qui in quadragesima emūt vinum ab ipsis vindemiatoribus cum sint in necessitate constituti: ⁊ pro tam vili precio tempore solutionis indubitanter multo plus solueret. Similiter qui emunt a rusticis frumēta pro tam vili p̄cio: ꝙ tempore solutionis plus valerēt: si aūt dubitat̄ an debent plus vel minus valere excusat̄ vt patet extra de vsuris. c. i ciuitate. Sexti sunt qui recipiunt aliquod pignus: vel concedūt pecuniam super aliquod p̄dium: ⁊ fructus non computant in sortem. Similiter illi qui dāt pecuniam super aliquod castrū vsurarij sunt. vtz extra de pig. c. Illi nos. Et illi qui faciunt expensas inutiles in re pignorata. Idem est circa obsides qui talibus vtūtur in labore ⁊ non computāt labores in sortem. Septimi sunt qui emunt a pauperib⁹ oues vel boues: quas ille forte non habēt ⁊ talia anīalia locant eis. Et tales ꝑm Guilhelmuz sunt vsurarij: ⁊ sic sunt adhuc multi alij modi: quib⁹ homines inuoluūtur. ¶ Sexto eccl̄ia punit vsurarium cum infamia: qꝛ om̄is vsurari⁹ infamis est vt ptz. vj. q. j. ca. infames. Et qui locāt eis domos: scz manifestis vsurarijs q̄ nō sunt oriūdi de terra eorū. Qui cōtra fecerint: si sunt persone eccl̄iastice suspēsi sunt: minores ꝟo excōicati sunt. Si ꝟo est collegium vel vniuersitas: est suppositū ecclesiastico interdicto q̄diu ibidem illi vsurarij morātur. vt patet eo. ti. li. vj. ca. vsurarū voraginē. Dubitat̄ vtrū liceat recipere vsuram ꝓ interesse: ratiōe more: vt quia mihi nō soluisti tp̄e debito recepi pecuniā ad vsuram propter agenda negocia mea. Rñr. ꝙ debitor tenet̄ soluere illas vsuras loco īteresse. i. loco dāni. vtz extra de fideiussoribus. c. peruenit. Scd̄o dubitat̄ de seruiētibus vsurarijs. Respōdet Guilhelmus ꝙ licite pñt accipere mercedem ab eis: si seruiūt eis ī licitis ⁊ honestis ⁊ necessarijs. Si autē seruiūt eis in illicitis: nō credo ꝙ debeant re-

E cipere mercedē ab eis. Sed diceres vtrum licitum sit recipere pecuniam ab eis mutuo sub vsura. Rñdet sctūs Tho. ij. ij. q. lxxviij. ar. iiij. ꝙ nō peccat q̄ iniuriā patit̄ ſm phm in. v. ethicoꝝ. Inducere aūt hoīem ad peccādū nō licet: vti tñ pctō alterius ad bonuz licitū est: quia ⁊ deꝰ vtit̄ oīibus peccatis ad bonū: ex quolibet eñ malo elicit bonuz. vt dicit Aug. in enchiridion. Unde ⁊ publice querēti: vtrū liceret vti iuramēto eius q̄ ꝑ falsos deos iurat: in quo manifeste peccat eis reuerētiam diuinam exhibens. Respōdetur ꝙ qui vtit̄ fide illius qui ꝑ falsos deos iurat non ad malum sed ad bonum: ⁊ peccato eius non consentit quo per demonia iurauit: sed pacto eius bono quo fidem seruauit: non peccat. Si tamen induceret eum ad iurādum ꝑ falsos deos peccaret. Ita etiam in proposito: ꝙ nullo modo licet inducere aliquem ad mutuandum pecuniam sub vsura: licet tamen vti eo propter aliquod bonum: quod est subuentio sue necessitatis: vel etiam cuiuscunqꝫ alterius. Sicut etiam licet ei qui incidit in latrones manifestare oīa bona que habet tamē latrones diripiendo peccant ad hoc ꝙ nō occidatur. Exemplo decem virorum qui dixerunt ad israel. Noli occidere nos: quia habemus thesauros multos in agro. Hiere. xlj. Eādem sententiam tenet etiam Guilhelmus: ⁊ addit ꝙ non solum in necessitate: sed etiaz pro vtilitate quam quis cōsequitur agendo negocia sua licite accipit mutuum ad vsuram. Si aūt hoc facit propter aliquod licitum: scilicet propter luduz alee ⁊c̄. est pctm̄ mortale accipe mutuū ad vsuram. Alij dicunt ꝙ peccant mortaliter: probātes per illud extra de vsuris. ca. Super eo. vbi dicitur: ꝙ super crimen vsurarū dispensatio fieri non debet. Nec potest pro redemptione captiuorū: quia non sunt mala faciēda: vt inde eueniant bona. Ad Roma. iij. Item. j. q. j. Nō est putandum. Hostieñ. ⁊ Joannes andree super illud capi. Super eo. dicūt ꝙ recipientes ad vsuram cōmunicant in peccato: ⁊ dant occasionē peccādi. Ergo peccant. vt patet in ca. si concubine. extra de sen. ex. ⁊ in. c. finali. de iniur̄. ⁊ dam. dato. ⁊ in ca. super eo. dicit textus. ne etiam pro redimenda vita captiui vsurarū crimen inuoluat̄. Ubi Joan. and. dicit ꝙ peccant simul cum vsurario. Si eñ non esset qui reciperet: non esset qui daret vt in. c. Non satis. extra de symo. Hostieñ. tamen dicit. ꝙ hec opinio non est nimis rigida. Et si indistincta vera esset iuramentum in hoc non obligaret: quod tamen ligat. vt patet extra de iniur̄. ca. Debitores. Alij tamen dicunt. vt refert Innocentius. ꝙ hoc licet pro opere virtuoso ⁊ meritorio vt si vellet inde facere elemosynam: edificare eccl̄iam: vel aliud opus pium. Nō autem ꝓpter luxuriā aut lasciuiā licet accipe vsuram: ⁊ cum sit ex magna necessitate. s. ad redimēdum captiuos: vel ad pascēdum pauperes. Sed si quis cupiditate moueat̄ ⁊ principaliter ad recipiendum mutuū sub vsura: scz vt diuitias cumulet aut pompaz exerceat: non excusatur a peccato mortali: cum cupiditas sit radix omnium maloruz.

¶ Septimo punitur pena infernali que est eterna damnatio. De qua ezechielis. xxij. Usuram ⁊ supabundantiā accepisti: ⁊ auare proximos calumniebaris: meiqꝫ oblitus es dicit dominus. Ecce complosi manus meas super auariciam quam fecisti. Et cōplosa manu ⁊ nō aperta palma ꝑcutiet eū pena infernali. Erit etiaz maledictus a patre ⁊ filio ⁊ spiritusancto: a beata virgine ⁊ omnibus sanctis: quorum festa frangit. Si enim fuit lapidatus qui ligna colligebat in sabbato: quid erit de vsurario qui in omnibus festis exercet vsuram? Erit etiaz maledictus a proprijs filijs Eccl̄i. xlj. De patre impio cōqueruntur filij impij: qm̄ ꝓpter illum sunt in opprobriū. Et sic sibi mutuo maledicūt pater ⁊ filius ⁊ oīes in hereditate succedētes. Dicit pater filio. Maledictus sis tu: quia propter te sum in tormentis vt te ditarem. Et filius ecōuerso. Maledictus tu pater: quia ꝓpter tuā vsuram dānatus sum. Cuiꝰ exemplū patet de vsurario damnato ⁊ eius filio: qui visi fuerunt in quodam puteo.

¶ Non furtum facies.

Sexto peccant contra illud preceptuz qui sibi summam magnā pecuniaruz thesaurizant inique. De quibus Ps.

A Thesaurizant ⁊ ignorãt cui congregabũt ea. Quid eis dicet: nisi illud euangelij Luce. xij. Stulte hac nocte repetent animam tuam a te: que parasti cuius erũt? Querit vtrũ chr̃ianus qui vult in chr̃ianismo iuste viuere ac perseuerare possit sibi pecuniam aut alia bona thesaurizare? Et videtur ꝙ non. quia dicitur Math. vj. Nolite cogitare de crastino: ⁊ quilibet tenet seruare euãgelium chr̃i. Etiam ibi. Nolite esse solliciti ergo ⁊c. In oppositum est illud Joannis. xiij. ꝙ chr̃s loculos habebat. Ut patet ĩ canone. xij. q. j. Exemplum domini. Accipite cõuersantis in terra: quare habuit loculos cui angeli ministrabant: nisi quia ecclesia ipsius loculos habitura erat. Idẽ. xij. q. j. ca. Habebat dominus loculos a fidelibus oblata conseruans ⁊ suorum necessitatib⁹ alijsq; indigentibus tribuebat. Ista habuit vt indigentibus tribueret. vt patet. xxiij. q. iiij. Duo. Secundo vt ecclesiam significaret loculos habiturã. Et in ca. Exemplũ vbi supra. Item Chrysost. super illud. Nolite cogitare de crastino. id est de superfluo exponit. Etiam dicit glosa. j. ad Cor. xvj. B De crastino cogitat si quis ꝓpter ista deo militat: ⁊ principaliter vt in operibus non regnum dei: sed illorũ inquisitionẽ intueatur. Et apostoli cogitauerunt de crastino. vt patet. j. Cor. xvj. De collectis autẽ que fiebant in sabbato: sicut ordinaui in ecclesijs gallathie. Ita ⁊ vos facite per vnã sabbati. Item agabus fecit collectam contra famem futuram. vt patet Actuum. xj. Itẽ Paulus accepit necessaria ad nauem quãdo appellauit cesarẽ. vt patet Actu. xxviij. Quare ergo non alij chr̃iani possunt facere collectã pecuniarũ contra futuruz defectum? Rñdet ergo ꝙ hoc potest fieri quadrupliciter. ¶ Primo fieri potest ex prouidentia respectu necessitatis pro cura familiari respectu vtilitatis: pro cura regali respectu cupiditatis: ꝑ cura mundiali respectu copiositatis pro emptione reddituali. Primo modo potest fieri ex prouidentia respectu necessitatis pro cura familiari: et sic cõceditur parẽtibus secularibus ob necessitatem filioꝝ educandoꝝ pecuniã congregare. Juxta sentẽtiam apl̃i. j. Thim̃. v. Si quis aũt suoꝝ ⁊ maxime domesticoruz curam non habet: fidem negauit: ⁊ est infideli deterior. Et. ij. Cor. xij. Non debẽt fili thesaurizare parentibus sed parentes filijs: sicut ramus recipit humorem a radice ⁊ non ecõtra. Item põt hoc cõtingere propter filioꝝ ⁊ filiaꝝ in nuptijs prouisionẽ: ⁊ sic iterum licitũ est. Legit in historia romana sub Foca imperatore de quodam fabro qui omni die ex suo labore acquirebat octo denarios. Nota historiam quia cõmunis est. ¶ Secũdo potest fieri hoc respectu vtilitatis pro cura regali. vtputa ꝑ regni defensione vel cultus diuini ampliatione: sic conuenit ⁊ licitum est thesaurizare pro vtilitate reipublice: vel spũalis ⁊ tpalis in ecclesia christi tam pape ⁊ aliis prelatis ecclesie: q̃ꝫ impatori ⁊ regibus ⁊ principibus gubernatoribus reipublice. Ideo dicit. xii q. ii. c. Aurum habet ecclesia non vt seruet: sed vt eroget ⁊ subueniat in necessitatib⁹. Quid est opus custodire id quod nihil adiuuat in necessitatibus? An ignoram⁹ quãtum auri ⁊ argenti de templo domini assyrii abstulerũt? Nõne dicturus est domin⁹. D Cur passus es tot inopes fame mori in terra habẽs aurum? Cur tot captiui sunt nõ redempti ab hoste. Contra illud Mathei. xxv. Quod vni ex minimis meis fecistis: mihi fecistis. Sic etiaz potest fieri propter cõmunitatis prouisionem. vt patet in Joseph. De q̃ Genes. xlvi. Qui recepit quintam partem frugũ tempore fertilitatis: vt cõmunitatem sustentaret tempore caristie. Sic posset adhuc fieri etiam ꝓpter pauperum sustentationẽ: vt sunt aridi: contracti: leprosi: qui non possunt laborare: vt tunc ipse per suos labores ⁊ lucra habeat vñ tribuat necessitatem patiẽti ⁊c. ¶ Tertio põt hoc contingere rõne cupiditatis pro cura mundiali: non habito respectu ad necessitatem vel vtilitatem yconomice vel politice. Nulli dubium quin hoc omnino sit prohibitum: q̃a cupiditas est radix omniuz maloꝝ. vt dicit apostolus. i. ad Thim̃. vl. Nihil intulimus in hunc mundum: nulli dubium ꝙ nec auferre aliquid possimus. Habentes autem alimenta et quibus tegamur his contenti simus. Nam qui vo-

E luñt diuites fieri incidunt in laqueum ⁊ in tentationem diaboli ⁊c̄. Si autem fit propter superbie ⁊ iactantie expletionē: sic est peccatum mortale: sicut nunc multi congregant pecuniam: vt magni apud mūdum habeantur; ⁊ cum magna pōpa ⁊ apparatu incedant. Contra quos Sapientie. v. dicitur. Quid profuit nobis iactantia aut superbia diuitiarū: Hec est q̄ symoniam introduxit: hec est que rapinam adinuenit. hec est que furtum dolum ⁊ vsuram ⁊ oñia mala mūdi adinuenit: hec est que pactum dissoluit: violat iuramentum: corrumpit testimonium ⁊ peruertit iudicium ⁊c̄. Hec dicit Petrus de tharantasia super illo verbo. Cupiditas est radix omnium malorum.

¶ Quarto modo habet fieri respectu copiositatis in emptione reddituali: scilicet q̄ quis congreget pecuniam ad comparandum redditus ad vitam: vel perpetue ſm reemptionem. Illum cōtractum illicitum esse non audeo dicere: quia cōtradicerem iuri cōmuni. vt patet de re. ec. non alie. ca. monasteriorum in cle. Etiam contradicerem F cuidam declarationi Martini pape in quadam bulla et cetera. Et contradicerem ipsi consuetudini totius ecclesie: que vtitur huiusmodi cōtractibus in fundatione altarium ⁊ beneficiorum: ⁊ multi sacerdotes religiosi ⁊ monasteria vtuntur tali contractu. Sed econtra non audeo eum dicere simpliciter esse licitum propter multas deceptiones que fiunt in illis. Et hic lata conscientia saltat approbando simpliciter: hic stricta conscientia trepidat reprobando indifferenter. Hic vnus esurit alter ebrius est; hic vnus reprobat alter concedit. ¶ Pro declaratione istius ponam hic tria documenta. Primum constitui redditus pecuniarum vel aliarum rerum bladi aut vini in vniuersitate seu communitate licitum est expediēsq̄ in republica: dum modo tamen hoc fiat intentione recta ex ratiōabili causa: cum equitate ⁊ discretione debita: vt si emuntur in oñibus bonis ciuitatis: ville: ac etiā monasterij certi census in perpetuum aut ad tēpus: licitus est cōtractus. Quod ꝑbat per cap. monasteriorum. de re ecc̄. nō alie. in cle. Idem probatur de excess. prelat. in capto. frequēs. §. preterea. in cle. Idem patet i quadam bulla Martini pape quinti nouiter defuncti que incipit. regimen respectu vniuersalis ecclesie. vbi papa sic dicit. Cōperimus huiusmodi contractus veridicos ⁊ iuxta determinationem doctor licitos fore ad huiusmodi ambiguitatis tollēdum dubium in premissis cōtractus licitos ac iuri communi cōformes ac ipsor censuum venditores ad ipsorum solutionem remoto cōtradictionis obstaculo obligari. Et loquitur ibidē de reemptionibus. Non ergo committunt vsuram emptores illor cēsuum taz seculares q̄ spirituales. vt ibidem declarat papa. sicut venditores eis obijciebant. Item vsura solum cōmittitur i mutuo ſm dictuz christi. Mutuum dantes nihil inde sperantes: sed hic nō est mutuuz sed emptio: ergo nō est vsura. Sed dixi primo q̄ hoc debet fieri ex causa rationabili aut propter diuinum cultum cōtinuandum. Nam hoc iustū est vt illi habeant redditus qui nō possunt vacare laboribus manuum: sed vacant cultui diuino: vt scilicet eorum oblationibus respublica iuuetur. sicut patuit in veteri testamento: vbi dominus constituit sacerdotibus decimas primitias ⁊ oblationes. Etiam in nouo testamēto patet. j. ad Thymo. v. Qui bene presunt presbyteri duplici honore digni habeantur in vita ⁊ doctrina. Dicit glosa. Duplici honore. scilicet vt spiritualiter eis obediant: ⁊ exteriora ministrent. Et hāc sententiam amplius probat auctoritate veteris testamēti dicēs. Non alligabis os boui trituranti fruges. Et etiaz allegat eam. j. ad Corinth. ix. Et intelligit per bouem predicatorem: qui laborat fideliter in area dñi. Item Luce. ix. Dign⁹ est operarius mercede sua. Itē Matthei. x. Ergo dignū est q̄ vacāt spiritualib⁹ q̄ habeāt redditus tēporales. Ideo dicit apls. j. ad Cor. ix. Si vobis spiritualia seminam⁹: nō est magnū si nos vra carnalia metamus. Secda causa ratiōabilis est qa p̄sunt reipublice: vt sunt reges: duces ⁊ principes: milites ⁊ alij rectores reipublice: et hoc ratiōabile est vt illi habeāt cēsus vnde viuant: qui pro defensione terre militant: ⁊

A eam ab hostibus ⁊ latronib⁹ defendant: q̄ pacem ⁊ iusticiam inter hoīes ꝓcurāt ⁊ cōseruāt. Ergo christus dixit. Reddite q̄ sunt cesaris cesari: ⁊ que sunt dei deo: cum fuit īterrogatus an licet cēsum dare cesari: an non. Et sanctus Joannes baptista ad milites dicebat. Estote contenti stipendijs vestris. Tertia causa rōnabilis pōt esse de pauperibus: infirmis: aridis ⁊ contractis qui manib⁹ laborare nō possunt: quia hoc ꝑtinet ad opus miscdie. De quibus Luce. vj. Estote misericordes. Ibidem. Date et dabitur vobis. Quarta causa pōt esse ī seruis dei ⁊ religionibus diuino cultui vacātibus: cū tales p̄sint alijs in spiritualibus: scz predicatiōibus ⁊ oratiōibus ⁊c̄. Quinta causa est pro fundatiōe ⁊ edificatiōe ecclesiarū ⁊ cōseruatiōe earūdem: ⁊ ꝓ vasis sacris ⁊ vestib⁹ alijsq̄ reb⁹ spiritualib⁹ quibus deo famulat̄. Sexta causa potest esse pro minutione ⁊ defensiōe: ⁊ bono statu ciuitatis: ville aut patrie: quia talium munitio ⁊ bona ordinatio deseruit ad pacem in B qua ꝯsistit magna felicitas politica. Si autem causa est illicita ⁊ irratiōabilis grāde peccatum est: quia pro hoībus fortib⁹ ad laborādum: nec per diuinum cultum impeditis nec in republica necessarijs redditus cōstitui non debent: quia etiam multitudine reddituum pro talibus periret respublica: cum sic ditati ocijs vanis subiecti fodere vel laborare nolūt. Et de his loquit̄ Esa. Ue qui cōiūgitis domum domui ⁊ agrum agro: nūquid vos soli habitabitis in terra. Secūdo dixi: ꝙ debet fieri cum discretiōe debita. s. ꝙ nō constituatur in libera persona: qꝛ libera ꝑsona nō potest obligari. vtz extra de pigno. ca. igit̄. Sed debet fieri in vniuersitatē: villam vel agrū. Et respiciēdum est: an de talibus rebus tot redditus possint peruenire: ⁊ si res casu vel incendio periret: ⁊ emens nihilominus vellet esse certus de prouentibus sibi dandis: illicitus ⁊ illiberalis esset contractus: quia tūc fieret obligatio personalis. Item ꝙ sit equalitas inter ementem ⁊ vendentem vt vendant. v. pro centum florenis annuatim vel ſm cōmunem vsum laudabilē patrie in reemptiōe. Item ꝙ pactum appositū sit licitum: ⁊ ꝙ pactum reemptionis debet apponere venditor ⁊ non emptor: quia alias cōtract⁹ esset pignoraticius: ⁊ ꝑ cōsequēs vsurarius: si emptor posset repostulare pecuniam quādo ipse vellet. vt patet ī capl̄o. Illo nos. extra de pigno. vl̄ esset simulat⁹. vt in cap̄. ad nostrā. de empti. ⁊ vendi. Aliquando est etiam talis pena apposita q̄ est multum impia: vt si census debitus solut⁹ non fuerit: semper post decem dies a termino solutiōis dupletur: donec adequet̄ sorti principali. vt reemptio expiret: ⁊ emptori adiudicētur bona simpliciter ⁊ quiete pro censu non soluto. Et talis contractus est illicitus ⁊ ad angustiandū inuentus: cōtra illud ps̄. Tota die miseret̄ ⁊ cōmodat. Et alibi idem. Justus autē miseretur ⁊ retribuet. Tertio requiritur ꝙ fiat intentiōe recta: scz ꝙ non decipiat fratrem suum in negocio scz neq̄ in precio: ⁊ ꝙ precium sit equale: ⁊ ꝙ vendibile sit tale: ⁊ sit equalitas inter ementem ⁊ vendentem. Si autē precium esset minus q̄ res valet: ⁊ est de consensu venditoris: tunc contractus bene valet: quia venditor mera voluntate possit rem illam dare emptori. vt patet de fide instru. ca. cum Joannes. Si autem nō est de cōsensu voluntario ⁊ vendens est angustiatus ad vēdendum rem suam pro minori precio: ⁊ emptor nō habet causam minorādi precium nisi propter pactum reemptionis: sic cōtractus est illicitus repugnās iusticie cōmutatiue: cōtra illud preceptum. Quod tibi non vis fieri: alteri ne feceris. Item in insti. ⁊ in §. iuris precepta. ¶ Secundū documentū est: q̄uis contract⁹ emptionis ⁊ vēditionis redditiuum ad vitam in se non sit illicitus aut viciosus: sepe tamen est emēti aut vēdenti periculosus. Et hoc magni doctores dicunt. vt Henricus de Gandauo ī quodlibeto. j. q. xxxix. dicit simpliciter: ꝙ nō est licitus singulariter qñ emūtur redditus pecuniarū pro pecunia: quia si exponeret cētum vt annuatim haberet decem: in vndecimo anno h̄ret decē vltra cētum: quod est vsura. Sed alij tenent oppositū: sicut mgr̄ Egidius ī quodlibetis suis. ⁊ doctores iuris sup. c. in ciuitate de vsuris. Et est ratio: qꝛ si emuntur redditus

petui aut reemptionis ⁊ seruaret debita adequatio inter datū ⁊ acceptū: valeret cō tractus: vt dictū est supra: ꝙ etiā ad vitā qz par est ratio. Itē vsura solū ē in mutuo: sed hic est emptio. Ergo talis etiā nō plus subleuat ꝑ sortez: qz sors vel summa quā emit ⁊ ius ꝓcipiēdi tales reddit⁹: illud ius retinet omni anno. Et sic quicqd capit: cadit sibi in sortē suā: ergo in .xj. anno non accipit vltra sortem. Et si hoc argumentum cōcluderet emptio de perpetuis possessionibus: nihil cōcluderet. Sed scōa pars patet: qa emēs aliquādo efficit sollicitus timore deficiendi. Est etiam sollicitus de vite necessarijs sollicitudine superflua. contra illud ℳath. vj. Nolite solliciti esse. Item venditor sperat emptorem cito moriturum: vt retineat pecuniam: ⁊ sic est homicida in mēte: etiam emptor sperat se diu victurū vt in triplo vel quadruplo recipiat. ¶ Item emptor aliquando intendit resistere pene generali Ade ⁊ suis posteris iuste inflicte: que est. In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Genes. iij. Et sic sequitur ociositas viuendi: ⁊ sequitur destructio reipublice: ergo multi doctores propter ista pericula dissuadent istum contractum non tanꝙ in se malum: sed propter ista que sequuntur: sepius etiam persone fortes que possunt laborare manibus: in quibus non iste cause precedentes subsunt: non possunt habere: quia debēt querere victū ⁊ vestitum cum labore: dicēte domino. In sudore vultus tui vesceris pane tuo. ¶ Tertiū documentum est pactum de retro vēdendo pro eodem precio solum appositum: non viciat contractum emptionis: alias licitum. Probatur: quia quilibet in traditione rei sue potest apponere pactum non improbatum lege. patet. ff. de pac. l. ⁊ c̄. C. de cōtra. emp. l. iij. in fine. Sed pactum hmōi dummodo fiat per tradentem ⁊ vēdentem. In huius arbitrio stat reemptio non emptoris: non est improbatū a lege: imo approbatum per legem si fundū. C. de pac. vbi dicit. Si vendatur fundus iusto precio ea lege: vt quandocunqz placuerit venditori restituto precio fundus ad eum reuertatur: licitus est contractus: ⁊ emptor lucratus est fructus. Et hec iunt vera: dummodo alias ibi fuerit iustum precium: vel ad minus non fit dubium: tunc tenet cōtractus. vt patet in capto. In ciuitate de vsuris. Et trāsfertur hic dominiū. Verum in emptore statim tenet venditio. Quod probat. cap. Ille nos. de pac. ⁊ facit optime ad hoc. c. verum de condi. appo. Idem patet quod permissum fuit in veteri lege hoc non est vicioſum: est etiam preceptum: sed tale pactū fuit hmōi. vt ptz Leuit. xxv. vbi dicit. Qui vēdiderit domū suā intra muros vbis ⁊ c̄. Corelariū ꝙ cōtractus in se licitus ꝑ penaꝫ appositionem fit sepe illicitus: vt sunt iuramenta ⁊ varie pene arbitrarie vt si census solutus non fuerit infra decem dies: vt supra patuit: quia talis contractus est cōtra charitatem dei ⁊ proximi. Caueāt ergo tales redditurij diuites: ꝙ non nimis diligant eas. pō. Diuitie si affluant nolite cor apponere: quia dicit. ij. ad Thim. vj. Qui volunt diuites fieri incidunt in laqueum diaboli. Secundo caueant ne eas retineant. j. Joan. iij. Qui habuerit substantiam huius mundi: ⁊ viderit fratrē suum necessitatem habētem ⁊ clauserit viscera sua quomō charitas pris est in eo. Tertio caueant ne in eis superbiāt. ij. ad Thi. vj. Diuitib⁹ hui⁹ seculi ꝓcipe supba nō sapere: ⁊ non sperare in incerto diuitiarū. Quarto cogitent ꝙ non possint eas secum ducere. Job. xxxj. Dives cum dormierit nihil secū affert: quia nihil tulimus in hunc mundū: ideo nihil nobiscum ferre possumus. Unde Gregor⁹. xviij. moral. Diu cum rebus nostris manere non possumus qz illas aut moriendo deserimus: aut ille nos viuēdo deserūt. Sequit ibidem. Terrena seruādo pdimus: largiēdo seruam⁹. Item Luc. vj. Facite vobis amicos de māmona iniqtatis. Voluit em⁹ de⁹ vt aliq̄ essent pauperes ⁊ aliqui diuites. Pauperis est orare ꝑ diuite vt habeat regnū dei: diuitis est erogare. Ideo sibiinuicem sunt necessarij. Quinto debent attendere penam eis minatam Luce. vj. Ve vobis diuitibus qui habetis hic cōsolationē vr̄am. Jaco. v. Agite nunc diuites: plorate vlulantes in miseriis vestris: quia lucrum in arca est: damnum in

A cōscientia. Caueāt ergo q̄ non lucrentur eas per furtū: rapinam: dolū: falsam mercantiam: ⁊ sic de alijs. Recitat Cesarius di. x. ca. xxxix. q̄ in ciuitate metensi q̄dam vsurarius defunctus est: qui cum moriturus esset supplicauit vxori sue: vt crumenā in denarijs refertam iuxta eū poneret in sepulchro. Quod cum illa fecisset quāto secretius potuisset: tamē latere nō potuit. Accedētes aliq̄ sepulchrū latēter aperuerūt. Et ecce duos bufones ibi suspicabātur vnum in ore crumene: alterum in illius pectore. Ille denarios de crumena extrahens. Iste suscipiens cordi eius immittebat. Ac si dicerent. Nos pecunia satiabimus cor tuum insatiabile. Quibus visis illi timore percussi fugerunt. Quid putas animam huius pati in inferno: si tam horrenda demōstrata sunt in eius sepulchro. Sexto cōsiderare debēt q̄ diuitie sunt muscipule ⁊ onera grauia diligētibus illas. patet Sapiē. xiiij. Creature dei facte sunt in tētationem hominū ⁊ in muscipulam insipientium. B Ideo suis possessoribus valde periculose sunt: quia difficile est eas habere ⁊ nō amare. Iō dixit chs. Difficile est diuitem intrare in regnum celorum. Non ergo extollant se diuites. Quia dicit sanctus Grego. q̄ successus tēporalium rerum est certum damnationis indicium. Cuius exemplum patet in illo diuite: de quo narrat in vita sancti Ambrosij: qui periit cum tota domo sua ⁊ omnibus que habuit. Nota ibidem. Cogitēt etiam paupes qui istas diuitias non habent q̄ debent esse patientes de sufferētia sue paupertatis vt eam libenter sustinere valeant: quasi sit eis medicamētum ⁊ purgamentū peccatorum cogitanti illud quod illi diuiti epuloni accidit: quia pauptas est ipsorum purgatorium. Esa. xlviij. Elegi te in camino paupertatis. Secundo debent diuitias spirituales acquirere vt in deo sint diuites Augusti. super Joan. omel. xxv. Felix est qui bono modo habet aurum in arca: sed felicior est qui habet deū in conscientia: quia primꝰ habet q̄ perire potest: sed q̄ deum habet nec perire pōt nec ab eo nolente auferri. Tertio pauperes debēt considerare pericula diuitū et incōmoda: ⁊ sic paupertatis onus facilius C sufferre poterunt: quia vbi multi sunt opes ibi multi sunt qui comedunt illas. Nutriūt enī hystriones ribaldos ⁊ meretrices. Tales compellūtur sustinere rationem dignitatum vel honoris: vel ipsi sine illis pauperes esse possunt. Quarto pauperes sunt magis securi ab hostibus. Juxta illud. Cātabit vacuus coram latrone viator. Et etiā sunt magis securi in conscientia. Quinto debent cogitare: q̄ ipsorū est regnū celorum. Ūñ Math. v. Beati paupes spū qm̄ ipsorū est regnū celorum. Cogitēt ergo: qualiter Lazarus in sinum abrae est deportatus: ⁊ dives epulo in inferno sepultus: vbi est p̄ prīū sepulchrū malorum diuitū. Cogitēt etiam quot falsa iuramēta: quot guerre quot inuidie ⁊ rancores ⁊ discordie fiunt ꝓpter bona diuitum.

Non furtum facies.

Septimo peccant contra illud preceptum falsi artifices ⁊ mercatores qui sua mercata falsificant. Et tales quiescere non possunt: nisi septies in die decipiant proximum suum. De quibus Franc. petrar. in li. ij. de reg. vtri. fortu. ca. lxj. D Hunc homo hominem decipit: fides exulat: regnat fraus. Sequitur. Nō tanto studio: nec tot laqueis venatores aut aucupes feras aut volucres captant: quot versuti homines alios quoq̄ simpliciores. Quod si nūq̄ verū fuit nostra etate verissimū mōstratur digito: fraudiū magr̄ ⁊ ille prudentior iudicat qui paratior est ad fallendum. Vis igitur nō decipi: aut morere: aut fuge hominum cōsortia. Hec ille. Tales deceptores sunt sicut vetule turpes: q̄ se curiosius ornāt: ne earū appeat turpitudo a's quilibet eas abhorreret. Sic tales deceptores suas fallacias occultāt: ne ab aliis cognosci valeant. Sunt enī tot fraudes in emptione ⁊ venditione: q̄ vix aut nunquā fiant sine peccatis mortalibus. vt dicit de peni. dist. v. ca. Qualitas. Difficile inqt ca non vbi est inter ementis vendentisq̄ commertiū non interuenire pctm̄. Ideo sequit ibidem in capi. nego. ex verbis bti Gregorii. Sunt plura negocia q̄ sine peccatis exhibere vix aut nullatenus possunt: sicut cura

rei familiaris: procuratio administratio et mercatio. Idē dist. lxxxviij. cap̄. Ejiciens. Ubi dicit. Ejiciens dñs ementes ⁊ vēdentes de templo: significauit q̄ mercatores nunq̄ pōt placere deo. Ideo nullus christian⁹ debet esse mercator. Aut si voluerit esse p̄iciat de sancta matre ecclesia. Et loquitur ibi textus de ipsa mercatione cupiditatis. Sed opponit Chryſ. hoc qđ Petrus vendidit pisces. ⁊ q̄ Paulus fecit artem scenofactoriaz. i. cordas ad papiliones. vt patet Actuum. xviij. Itē Joseph vēdidit frumēta egyptijs primo pro pecunia: secūdo p̄ pecoribus ⁊ tertio pro terris. Respōdet q̄ duplex est negociatio: scz cupiditatis q̄ prohibet. in. lxxxviij. di. c. Ejiciens. Alia est necessitas ī cōmunē vtilitatē reipublice: quia vnus indiget re alterius: ⁊ dat sibi pecuniam pro re vel rem pro re. Est etiam introducta propter amicitiam ⁊ dilectionem inter homines habendam: aut propter bonū virtutis quando indigētia alicuius auxilium petere compellit: et pietas amore virtutis mutuum daret: ⁊ largitas in operib⁹ donum tribueret. Sed iam sunt tot fraudes ⁊ fallacie in ementibus ⁊ vēdentibus propter statum hominis corruptum: q̄ vix aut nūq̄ sine peccato fiūt. Circa quod notādum: q̄ decem modis cōmittit peccatū ī emptione ⁊ vēditione: quos dominus eiecit de tēplo eternitatis. i. de regno celoz. Primi sunt qui emunt ⁊ vendunt in dominicis ⁊ alijs diebus solēnibus. De quibus dictum est sufficiēter in tertio precepto de sanctificatione sabbati. Sermone tertio. Secundi sunt qui in statera ⁊ ponderibus delinquunt. De quibus Leuitī. xix. Nolite facere iniquum aliquid ī iudicio in regula: id est in vlna: in pondere: in mensura. Statera iusta ⁊ equa sint pondera: iustus modius equusq̄ sextarius sit tibi. Ego dominus deus vester. Ideo dicitur Prouerbioz. xj. Apud dominum abominatio pondus ⁊ statera dolosa. Unde Michee. vj. Nunquid iustificabo stateram ⁊ sacceli pōdera dolosa: ī quibus diuites eorum repleti sunt iniquitate: ⁊ habitatores eoz loquūtur mēdacium: ⁊ lingua fraudulenta in ore eorum. Sed cōtingit tripliciter fallere aut decipere ī pōdere aut mēsura. Primo cum habet diuersa pondera: sic q̄ emit ad maius. ⁊ vēdit ad minus. Cōtra quos dicitur Deute. xxv. Nec erit in domo tua modius maior ⁊ minor: nec pondus maius ⁊ minus. Sequitur. Ut multo tēpore viuas. Ergo p̄ oppositum: tales cito moriūtur qui sic decipiunt proximos. Tales etiam torquentur in statera michaelis qui deliquunt in statera. Et de illis loquit ius canonicū. extra de emp. ⁊ ven. ca. vt mensura. Ubi dicit. Si quis iustas mensuras ⁊ iusta pondera lucri cā mutare p̄sumpserit. xxx. dies ī pane ⁊ aqua peniteat. Scdo habz fieri si pōdus iustū hz ⁊ iustā mēsuram: tñ sciēter male mensurat: vt faciūt pānicide ⁊ etiam caupones: q̄ replēt mēsuram spuma: ⁊ q̄ digitū libre supponūt. Recitat Cesarius lib. x. c. xxx. Qz in oppido Duysberg vidua q̄dam ceruisiā braxare atq̄ vēdere solebat. Die q̄dam cū ciuitas casu fuisset incēsa: ipsumq̄ incēdium domui ei⁹ appropinq̄sset. Illa tā nō habēs spem ī auxilio hūano: ad diuinū cōfugit. Naz oīa sua vasa quibus ceruisiā emptoribus mēsurare solebat: ad ostiū domus cōtra flāmas ponēs in multa cordis sui simplicitate sic orauit: dicens. Dñe deus iustus ⁊ misericors: si vnquā aliquem his mēsuris decepi: volo vt domus hec comburat. Si autez feci qđ rectū est in oculis tuis: p̄cor iusticiā tuam vt in hac hora respicias misc̄iter necessitatē meam: ⁊ mihi meeq̄ supellectili parcere digneris. Mira fides femie: ⁊ mira dei hūilitas. Is qui dixit. Qua mēsura mēsi fueritis remetiet vobis. Sic flāma oīa circūita deuorās: a domo ei⁹ compescuit oratiōe: cūctis stupētib⁹ q̄ ignis furēs materiā cremabilē lāberet nec incēderet. Tertio habz fieri cū gs iustā habet mēsurā ⁊ iusta pōdera: ⁊ etiam iuste mēsurat ⁊ pōderat: sed tñ facit vt res pōderosior sit tēpore vēditorz: vt qui lanam spargūt aqua: ⁊ q̄ vinū cum aqua lymphant: ⁊ oleū cū amurca: ⁊ ceruisiā cum fece vendūt. De quibus Esa. v. Ue vobis qui dicitis bonū malū: ⁊ malū bonum. Uinū tuum mixtū est aqua. Quarto hz fieri si hñt iusta pōdera ⁊ iustas mēsuras: ⁊ etiaz iuste ponderant ⁊ mēsurant. Neq̄ etiā est sophi-

A sticatū. Uēdūt tñ pegrinis ⁊ extraneis carius q̄ꝫ intraneis. Cōtra quos d̄r extra de emp. ⁊ vendi. ca. Placuit vt pres byteri plebes suas moneant. Sequit. Ut nō vendant carius trāseuntib⁹: q̄ꝫ mercatores vendere possint. Alioq̄n ad p̄s byterū. i. ad episcopū transeuntes hoc referāt: vt illi⁹ iussu cū humanitate sibi vendant. Heu q̄ꝫplures sunt qui simplices aduenas valde decipiunt: tā mercatores q̄ꝫ macellarij: quod suis vicinis non audent facere. Contra q̄s Exodi. xij. Eadem lex erit indigene ⁊ colono qui peregrinat̄ apud vos. Tales mercatores assimilant̄ aranee que facit telam vt capiat muscam. Cū musca venerit in laqueum currit ad eam sugendo ipsam. Sic mercatores faciūt telam de mercantia. Et adueniente rustico seu extraneo sugit cito querens. Quid cupis? Unde es? Respondit. De tali villa sum. Et ait. Ille homo semper solebat mecum emere: ⁊ pater tuus bonus homo fuit: ⁊ tunc pugit eum ⁊ sugit sicut aranea muscam. Tertio fit cum pec-
B cato si tēpore messis vel vindemie tantum emunt ⁊ sibi congregant: ꝙ ceteri compellunt̄ ab ipso emere ad libitum suum. Et sic quandoq̄ꝫ caristiam inducunt: ⁊ emūt pro paruo precio: ⁊ postea vendunt ꝓ magno. De quibus dicitur in Decretis. xiiij. q. iiij. capi. Quicunq̄ꝫ tempore messis vel vindemie non causa necessitatis: sed propter cupiditatē comparat annonā vel vinū. Uerbi gratia. Pro duobus denariis comparat modium vnum: ⁊ seruat vsq̄ꝫdum vendat̄ pro denariis quatuor aut amplius. Hoc turpe lucrū esse dicim⁹. Sed diceres. Possit ne fieri sine peccato? Respondet̄ ꝙ sic. Primo propter bonum cōmune: sicut Joseph qui emit frumenta tēpore abūdantie: vt haberet vnde populo ꝓuideret tempore famis. Secūdo modo si fiat rōnabili prouidentia: vt si aliquis emat talia: timens tamen ꝙ oporteat eum carius emere cum indiguerit. Talis em̄ si videat se non indigere: sicut credo si illa frumenta tunc carius vendat: non peccat. A fortiori aūt non peccat: si non emat vltra suam necessitatem. Tertio modo si emit ex pura pietate vt ip̄e ex lucro venditionis habeat vnde pauperibus prouidere possit: dummodo ita moderate hoc faciat: ꝙ per caristiam cōmunitas non ledat̄. Quarto ne res deportent̄ ad alienas nationes: ⁊ ne a multis inutiliter consumant̄: ⁊ tunc ille tp̄e necessitatis debet ea vendere ꝓ iusto p̄cio s̄m arbitriuꝫ gubernantiuꝫ rempublicā. ¶ Quarti sunt qui peccant in emendo ⁊ vēdendo: q̄ aliud ostēdunt ⁊ aliud vēdunt: vt sunt illi q̄ occultant maluꝫ sub bono: ⁊ inferi⁹ ponūt id q̄d deteri⁹ est: ⁊ dicūt ꝙ totū sit sicut superi⁹: ⁊ sic vendunt defectuosum pro bono: infirmū ꝓ sano. Querit̄ vtrū vēditor teneatur dicere viciū rei vendite. Rñt Tho. ii. ii. q. lxxvii. arti. iii. Uēditor q̄ rem viciosam euidenter exponit ex hoc ipso dat emptori occasionem damni: si hmōi vicia sunt occulta: ⁊ venditor non detegit: erit tūc illa venditio iniusta: ⁊ tenet̄ ad dāni recōpensationē. Jō Tulli⁹ in li. de officiis ꝓbat hoc per sil̄e dicens. Si q̄s aliū in via videret errare: quē nō dirigeret si posset: ille peccaret. Sic videns ementē in acquirēdis necessariis quē non dirigeret peccaret. Sic etiā si viciū est manifestū: puta equus monocul⁹ D
⁊ vēditor ꝓpter hoc subtrahit de p̄cio: nō tenet̄ ad manifestandū viciū rei. Et est triplex defectus rei. Prim⁹ est ex p̄te speciei vt si q̄s venderet aquā ꝓ vino: auricalcum ꝓ auro. De quibus Esa. i. Argētū tuū versum est in scoriā: vinū tuuꝫ mixtū est aqua. Ue qui dicitis malū bonū: ⁊ bonū malum. Esa. v. Scd̄o est defect⁹ in quātitate: vt q̄n quis venderet paruū ꝓ magno. Tertio ī q̄litate: vt si q̄s venderet infirmuꝫ ꝓ sano: et malum ꝓ bono. Audiui de quodā apotecario ī italia: q̄ infirmatus vocato notario et testibus voluit ordinare testamētum suū: ⁊ in p̄sentia testium ait ad notariū. Scribe ꝙ oīa bona relinquo vxori ⁊ filiis meis. Corpus do terre ⁊ vermib⁹. Aīam vero trado diabolo cruciādam perpetue. Stupefacti oēs circūstantes dixerunt sibi: ꝙ tale testamentum reclamaret. Rñt. Nequaq̄ꝫ: quod scripsi scripsi. Interrogauerūt eū. Cur sic aīam traderet diabolo? Rñt: ꝙ totiēs decepi ꝓximū meū vendens aquā pluuialem ꝓ aqua distillata: ita ꝙ lucratus fui q̄ngentos ducatos: quā pecuniā restituere nolo.

E Qui finalit mortuꝰ est ⁊ sepultꝰ in cimiterio. De mane fuit reiectus de sepulchro tāq̄ indignus sepeliri in tali loco. Qui iteruz terre cooptus est. Sequēti die factū ē sile ⁊ in tertia die. Qui tandē de cimiterio tractus: ⁊ in loco nō cōsecrato sepultꝰ est: vbi vicini tantos demonioꝝ strepitꝰ audierūt ꝙ cōpulsi sunt cadauer suum inde portare: ⁊ in quendā lacū ꝓiecerūt: vbi diabolꝰ adhuc opat̄ tot horribilia: ꝙ nemo ausus est appropinquare lacui. ¶ Quinti sunt q̄ peccant emēdo ⁊ vendendo. s. qui in necessitate ꝓximi vilius emunt q̄ res valet: vicz si possent emerent ꝑ vno floreno qđ valeret decē. Et de hoc nō faciūt sibi ꝯsciam: ⁊ cū ꝓmpta pecunia emunt in necessitate proximi vel carius vendunt q̄ res valet: ꝓpter dilationē solutionis qđ est vsura. vt ptz in ca. In ciuitate. extra de vsuris. De illis dicit̄ Prouerbi. xiiij. Est via que apparet homini recta: ⁊ nouissima eius ducūt ad mortem: ⁊ est via per quā multi ad infernū vadunt. De illis dicit Augustinꝰ. mimū quendam dixisse. xiij. de trinitate. ꝙ oēs vultis
F vili emere ⁊ care vendere. Dubitat̄: vtruz emptio ⁊ venditio cum dolo valeat? Respondet Ganfre. Hostieñ. Cum dolo dat causam contractui: puta dolo te induxi ꝙ venderes qđ venditurus non eras: non tenet contractus. vt patet. ff. de dolo. l. j. eleganter. ⁊. xij. q. ij. quisquis episcopus. Secūdo si dolus incidit in contractū: vt quia eras venditurus: sed ꝑ circūuentionem te induxi vt minori precio venderes: tenet cōtractus: sed purgandus est dolus. vt patet ff. de empti. ⁊ venditio. l. iulia. quia fraus ⁊ dolus nemini debēt patrocinari. vt patz in ca. ad nr̄am. extra de emp. ⁊ vēd. ⁊ in. c. cum dilecti. Et ibidem allegat̄ lex ꝙ circa mediū iusti precij inter ementem ⁊ vendentem licita sit deceptio. Sed hec lex repugnat legi dei. Glosatur igit̄ sic. Licet decipere i. lex exterior hoc non punit: licet malum sit: quia non datur virtuosis: sed populo in quo multi sunt deficientes a virtute. Unde prohibet tm̄ exteriora que destruunt humanū victū: alia non ꝑmittit. Lex aūt diuina nihil impunitū relinquit: quod est virtuti contrariū. Ideo illicitum reputat si est ibi inequalitas iusticie que n̄on est punctalis: sed in quadam estimatione consistit: ita ꝙ modica additio vel minutio talem equalitatē non videt̄ tollere. Ideo dicit sanctus Tho. secunda secūde. q. lxxvij. ꝙ de emptione ⁊ venditione possumus loqui dupliciter. Uno modo ꝑm se: ⁊ sic sunt pro communi vtilitate vtriusq̄: dum re alterius quis indiget: ⁊ ecōuerso. Quod autem pro cōmuni bono est introductuz: non debet esse magis in grauamine vnius q̄ alterius. Ideo debet fieri ꝑm equalitatem rei inter eos. Igitur si res excedit in valore vel precium: non seruat̄ equalitas. Alio modo possumus loqui de emptione ⁊ venditione per accidens: inquantū cedit in vtilitatem vnius ⁊ decrementū alterius: puta cum vnus indiget multum re alterius: et alius inde leditur si careat. In tali casu propter damnum quod venditor incurrit: potest licite plus vendi q̄ valeat. ¶ Sexti sunt qui peccant ⁊ eijciuntur de templo beatitudinis eterne: qui cum mendacijs ⁊ falsis iuramentis emunt ⁊ vendunt. De q̄bus dicit Raymū. Quotiens causa decipiendi periurāt: vel mentiuntur scienter peccant mortaliter. Ideo completum est in illis illud Apocal̄. xiij. de bestia quam vidit Ioannes ꝙ nemo poterat emere vel vendere: nisi haberet nomen bestie ⁊ caracterem eius. Per bestiam diabolus significatur: cuius imago est falsitas ⁊ mendaciū: quia mendax est ⁊ pater eius. Johan. viij. Sic faciunt contra apostolum: dicentem. Loquimini veritatem vnusquisq̄ cum ꝓximo suo: qui sumus inuicem membra. Etiam dicit dominus in euangelio. Sit sermo vester est est: non non: quod autem amplius est a malo est. Sicut ergo dicimus non ore sic etiam corde. Et sicut affirmamus ore: sic ⁊ corde. Ideo dicit dupliciter: est est: nō non. O quot sunt iam mendaces in emendo ⁊ vendendo. Non sic fecit quidam monachus laicus: qui debebat vēdere duos asinos inueteratos. Qui quidem accepit ab abbate in mandato: ꝙ non mentiret̄ in venditione. Qui ducens asinos ad forum interrogatus fuit ab emptoribus: vtrum asini etiam valerent. Respondet ꝙ nihil

valerent. quia essent antiqui ⁊ depilati ex antiquitate: ⁊ finaliter reduxit alinos ad abbatem ꝙ vendere non poterat. Interrogauit eum pater quare non vendidisset alinos. Respōdit quia dixi veritatem ideo vendere non potui. Utinam tales nunc essent venditores. Dicunt quidam mercatores: si semper veritatem deberemus dicere et non iurare: nunc̄ esset nobis lucrum: ⁊ sic finaliter incurrere possem⁹ paupertatem. Quibus respondetur. Si non mentirentur ⁊ non iurarent tunc ditarēt: et deus illis multiplicaret bona. Cuius exemplum ponit Cesarius dia. iij. ca. xxxvij. ꝙ duo ciues Colonien. inter cetera peccata sua confessi sunt duo peccatorꝝ genera q̄ q̄dē in se sunt valde magna: licet propter vsum mercatoribus parua videantur ⁊ quasi nulla mendacium. s. ⁊ periurij. Domine inquit pene nihil possumus emere aut vendere: nisi oporteat nos mentiri ⁊ iurare. Quibus cū diceret plebanꝰ. Peccata ista valde sunt grauia ⁊ a saluatore p hibita dicente. Sit sermo vester: est est: non non. Responderunt. Non possumus hoc preceptum in nostris negociationibus custodire. Ait sacerdos. Utimini consilio meo ⁊ bene erit vobis. Nolite mentiri et iurare. Et sicut mercatum vestrū vare vultis: sic eū laudate. Et ꝓmiserunt ei ꝙ tentare vellent vno anno hoc enim petiuit. Impediente eos sathana: qui semper saluti humane aduersatur: pene nihil illo anno vendere potuerunt. Reuersiq̄ anno reuoluto ad suū plebanum dixerunt. Obedientia huius anni fuit nobis multū damnosa. Homines enim nobis defluūt: nec aliquid sine iuramento vendere possumus. Tunc sacerdos. Nolite dubitare: quia tentatio diaboli est: fixum tenete in corde vestro q̄ nulla aduersitas ⁊ nulla vos paupertas a tali proposito auertat: ⁊ domin⁹ vobis benedicet: promiseruntq̄ ei domino inspirante: ꝙ custodire vellent eius consilium ⁊ diuinum preceptum per oēs dies vite sue: etiam si oporteret eos mendicare. Mira res: statim deus immissam compescuit tentationem: ⁊ ceperunt eos homines plus q̄ ceteros mercatores frequentare. Factiq̄ sunt in breui diuites: ita vt mirarentur: et reuersi ad suum confessorem gratias agentes: eo ꝙ per eius consilium a tam grauib⁹ peccatis sunt erepti. ¶ Septimi sunt qui peccant in emendo ⁊ vendendo: qui vendunt illas res que ad nullum iustum vsum pertinent seu valent nisi ad peccandum: vt taxilli: ludus scachorū ⁊ cartarum: ⁊ sic de alijs. Et tam facientes q̄ vendentes peccant mortaliter: ⁊ fiunt participes omniū illorꝝ peccatorꝝ q̄ cū illis faciunt. Quia ōr de iniu. ⁊ dam. da. c. Culpa. Qui occasionem damni dat damnū dedisse videt. Si autē res ille vendende possunt esse vtiles: vt arma in iusto bello: venenum ad medicinalia: vel contra animalia nociua: ⁊ si talia vendant non peccant: nisi forte scirent ꝙ emptor vellet illis male vti. Sicut aurifaber faciens anulum alicui mulieri ad alliciendum virum. ⁊ ecōtra. ⁊ talis est reus illorum peccatorꝝ. Exemplum ad hoc ponitur. Si quis alteri ostenderet prostibulū nunquid reus esset illorum peccatorum. ¶ Octaui sunt mercatores peccantes qui tenebrosa loca eligūt: ⁊ hoc faciunt vt res aliter appareat q̄ sit: sicut pannicide faciunt: ⁊ sic decipiunt oculos intuentium. Johannis. iij. Omnis qui male agit odit lucem vt non arguantur opera eius. Qui autē facit veritatem venit ad lucē. Et tales quantum in eis est oculos ꝓximi velant cum iudeis. Et si tales nunc̄ decepissent proximum suū: tamen sola intētio eos damnat: ⁊ finaliter eiscientur de templo eterne beatitudinis. ¶ Noni sunt illi mercatores qui inter se conueniūt vt certo precio vēdant. Vel ꝙ vnus solus tales merces vendat. Nam fm Hostien. pactum illicitum est. Similiter si quis in ciuitate impetrat: vt sibi soli vendere liceat. Qō si quis huiusmodi officium exerceat: debet fm leges bonis suis spoliari: ⁊ exilio ꝑpetuo damnari. Sic̄ter concedentes, ⁊ admittentes debent puniri. vt patet. C. de monopolijs. l. Unica. Dubitatur ergo ad quem spectat determinare rei valorem? Respondetur ꝙ ad presidentes reipublice qui debent respectum habere ad quatuor circa vendibilia. Primum est ne fiat sophisticatio varia quā

ardor habendi circa vendibilia induxit. a
Secundum est ne res corrupte aut putrefacte & fetide vendant: vnde cōmunitas possit morbum incurrere. Tertium est ne multiplex fallacia quam auiditas lucrandi adinuenit fiat circa pondera et mensuras. Quartum est q̄ debent determinare valorem rerum vendibilium circa festum Michaelis fm leges: prout omnibus statibus congruit. Qui valor determinatur & mensuratur ex humana indigentia. Vñ Arist. v. Ethico. Indigentia humanū est mensura naturalis cōmutabilium. Quod ꝓbant philosophi sic. Nam valor rei attenditur ex fine & bonitas eius dicēte Cōmentatore. xii. Metaphysice. Q̄ nihil est bonū nisi ꝓpter causas finales: sed finis cōmutabilium est supplementum indigentie humane. Nam videmus q̄ illo tempore quo blada deficiunt: tūc magis indigem⁹: & tūc fiunt cariora. Non debent igitur ꝓmittere p̄sidentes pro arbitrio ementium & vendentium precia rex crescere: sed debēt precium taxare fm defectum & abundantiā rerū. ¶ Decimi sunt mercatores qui peccāt: scilicet qui emunt rapinam. de quibus nota supra in sermone de rapina. f

¶ De simoniace peccantibus.

Octauo peccant contra illud preceptum simoniaci. Et est simonia studiosa voluntas emendi vel vendendi aliquid spirituale vel spirituali annexū. Et vocantur simoniaci a Simone mago qui voluit emere gr̄am spūssancti. Venditores autē vocantur yesite a yesi discipulo helysei: qui vendidit donum sanitatis. iiii. Regū. v. Talis emptio in clericis p̄t esse peccatum quadrupliciter. Primo ratione tēporis: quia fit emptio in sacro tēpore. De quo superius dictum est. Secūdo rōne loci: q̄a fit in loco sacro: vt in ecclesia vel cimiterio. Et hoc dominus significare voluit: quando emētes & vēdentes de templo eiecit: q̄a in templo nemo debet emere vel vendere: vel eius cimiterio. Causam subiungit dicēs. Domus mea domus oronis vocabitur. Vnde Aug. in regula. In oratorio nemo aliquid agat: nisi ad q̄ factū est: & vnde nomē accepit. Ideo dicit extra de emu. eccle. ca. decet domū dei. li. vi. vbi dicitur. Cessent in ecclesiis earumdemq̄ cimiteriis negociationes p̄cipue nundinarū aut fori cuiuscunq̄ tumultus ois ibi seculariū iudicioꝝ strepit⁹ q̄escat. Tertio est illicita rōne p̄sone: q̄a spūales p̄sone non dñt exercere mercātias: vt sunt clerici religiosi & sacerdotes. vtz. lxxxiii. di. ca. negociatorem. Vbi dicit Hiero. Negociatore cleri cum ex inope diuitē: ex ignobili gloriosū: quasi quandam pestem fuge. Ibidem in. c. Fornicari. dicit August. Fornicari semper non licet: negociari vero aliquando licet. Anteq̄ enim ecclesiasticus quis sit licet negociari: facto supple ecclesiastico iam non licet. Quia dicit. i. Thimo. ij. Non turpis lucri gr̄a: q̄a nemo militans deo implicat se negociis secularibus. Ideo p̄cipitur extra ne cle. vel mo. se imise. nego. c. Secūdū instituta p̄decessoꝝ nostroꝝ sub interminatione anathematis prohibemus ne monachi vel clerici: causa lucri negocient. Hec ibi de monachis. dicit Augustin⁹ in sermonibus ad heremitas. Mercantiam inquit in monachis vsuram occultam existimamus. Sed est duplex negociatio. s. cupiditatis & necessitatis. Cupiditatis est radix omnium malorū. Et illa non licet eis vt dictum est: sed bene necessitatis: quia dicitur extra ne cle. vel mo. se. imise. ne. ca. Multa. vbi dr. Nec tñ iustū negociū est cōtradicendū: propter necessitates diuersas: q̄ legim⁹ sctōs apl̄os negociatores fuisse. vtz Actu. ii. in fine. & etiā in sermone precedēte. Licet etiā causa pietatis. s. propter pauperes sustentandos posset clericus negociari. Quarto est illicitum rōne materie. vt vendere liberū hominem: sicut fratres Joseph eū vendiderunt. vtz Gen. xxxvii. Et iudas chr̄m. De quo Exo. xxi. Qui furat⁹ fuerit hoiem & venderet eū: cōuict⁹ nocte moriatur: ita q̄ ad incurrendam penam mortis vtrūq̄ requirit. s. furtum & vēditio. Idem textus ponit extra de fur. ca. i. & vocat fm leges plagiū. ff. ad. l. flauiam de plagi. l. vl. Sed fm Canones hec pena non imponit. vtz extra de rap. c. In archiepatu. & xxxiii. q. ii. Inter hec. Sic etiam est illicita ex materia sacra: q̄ rem sacram b

A emere vel vendere non licet: quia hoc reprehēsum fuit ī simone mago. Actu. viij. ⁊ ī Giezi. iiij. Re. v. q̄ ꝑ sanitate Naamā recepit munera ⁊ fuit lepra ꝑcussus. Et rō est ſm. s. Tho. in. iiij. senten. Primo qꝛ nō pñt ꝑcio cōmensurari: secundo q̄a tūc nō essent gratie qꝛ nō darent̄ gratis. ſm dictū euangel'. Gratis date gratis accepistis. Tertio qꝛ nullꝰ hō est dñs sacramētoꝝ aut spūaliū bonoꝝ sed solꝰ chr̄s: ergo nullus hō habet ea vēdere. Prima rō patet: q̄a non possunt appreciari cū ꝑciū nūq̄ possit attingere valorē taliū. Nā talia spūalia tm̄ valēt ꝑ quāto fuerūt empta sanguine chr̄i: q̄ est infinite virtutis rōne ꝑsone q̄ erat deꝰ ⁊ hō. Tātū etiā valet quātū est bonū quod cōsequit̄ ꝑ ea: sed talia spūalia ducūt ad vitā eternā qꝛ gr̄a dei est vita eterna. vt dicit apl's. Ergo nō īmerito dicit Salo. Prouer. iij. Preciosior est cūctis opibꝰ: ⁊ oīa q̄ desiderant̄ huic non valent comparari. Quia totū aurū mūdi nō posset emere miscd̄iam ⁊ gr̄aꝫ. Ideo dixit Petrus simoni mago Actuuꝫ. viij. dum ipse simon portauit pecuniam volens emere gr̄am spūssancti. Uidit em̄ per B impositionē manuū apl'oꝝ dari spm̄sctm̄. Dixit eis. Date ⁊ mihi hanc potestatem vt cuicunq̄ imposuero manus accipiat spūm sanctū. Cui rn̄dit Petrus. Pecunia tua tecū sit in perditionē q̄ donum dei existimasti pecunia possideri. Non sit tibi pars neq̄ sors in sermone isto. Cor em̄ tuū non est rectū coraꝫ deo. Penitētiā inq̄t age ab hac nequitia tua ⁊ roga deū si forte remittat tibi. Et hec estimatio pessima totam corrumpit eccl'iam. Scd̄a rō est quare nō possunt emi aut vēdi: qꝛ nō sunt ꝓpria ministrorum sed sunt chr̄i: ⁊ iō mīstri nō pñt ea vēdere. Emptio em̄ debet fieri a dño rei. Prelati vero ⁊ ceteri ministri sunt tm̄ dispēsatores ⁊ non dñi. vñ apl's. j. ad Coꝝ. iiij. Sic nos existimet hō vt ministros chr̄i: ⁊ dispēsatores misterioꝝ dei. Sed possumꝰ dicere cū apl'o. Hic iā querit̄ inter dispensatores vt fidelis quis inueniat̄: qꝛ maxime beneficia ⁊ dignitates nō nisi per pecuniā dispēsantur. Tertia ratio est: quia gratis dantur a deo. Non em̄ propter merita debentur nobis sacramenta ⁊ gratie: similiter ⁊ alia bona spiritualia. Sed ista habemꝰ ex bonitate ⁊ gratuito dei dono: qui dat omnibꝰ affluenter: ⁊ non improperat. vt dicit̄ Jaco. j. Ideo vult vt gratis ⁊ sine precio donemus: dicente saluatore nostro. Mathei. x. Gratis accepistis gratis date. Et hee sunt rōnes sancti Thome in. iiij. senten. distin. xxv. Sed contra hoc multi peccant in ecclesia dei. ¶ Primi sunt clerici ⁊ sacerdotes ementes ⁊ vendentes beneficia sua ecclesiastica: ac si esset equus ⁊ vacca. Et tales similes sunt Jude traditori. vt patet j. q. i. ca. eos. qui dei occisoribus christum vendidit pro. xxx. denarijs. sed isti non pro xxx. sed pro quingētis. aut. cc. vendunt. Ergo sunt peiores q̄ Judas vnquā fuit. Nam ipse Judas fuit primus simoniacus in nouo testamēto: sicut Esau in veteri testamēto qui vēdidit primogenita sua. Quis em̄ pauper quantūcūq̄ virtuosus habebit hodie beneficium vel dignitatem? Quis em̄ quantūcūq̄ viciosus si habuerit pecuniam ⁊ voluerit cōparare nō inueniet bñficiū? Et sic omnes dignitates ⁊ omnia beneficia sunt venales: ⁊ maior practica fit in curijs prelatorum de similibus: q̄ fiat in foro mercatorum de mercantijs: non attendentes penam canonis q̄ sunt suspensi quo ad se ⁊ quo ad alios. vtꝫ extra de elec. ca. dudū. Et si hñt curā aīaꝝ: tales tenentur resignare bñficiū ⁊ restituere oēs fructꝰ perceptos. vt patet. xiiii. q. vi. Si res. Si autem recipit ordinem simoniace: est etiam suspēsus vt patet extra de simonia. capi. tanta. ¶ Secundo contra hanc peccant prelati superiores qui emunt aut vendunt prelaturas ecclesiasticas. Et tales prauitatem simonie incurrunt: ⁊ ex consequenti eternam damnationeꝫ. vt patet. i. q. i. c. presbyter si ecclesiam per pecuniam obtinuerit: nō solum ecclesia priuetur: sed etiam sacerdotij honore spolietur quia altare ⁊ decimas ⁊ spiritumsanctum emere vel vendere simoniacam heresim esse nullus fidelium ignorat. Idem patet. i. q. i. ca. principatus. ⁊ c. vulnerato. Et debent deponi: et pecunia non simoniacis sed ecclesie: in cuius iniuriā data est debet refundi. vt patet eo. titu. c. de hoc autē. Quātum aūt pecca

C

D

E tum sit istud patet per tale exemplū: quod ponit Martinus in chronica sua. quod contigit anno domini. M. lvij. tempore Henrici imperatoris. iij. ꝙ cum quidaꝫ curialis legatus pape ad franciam Hildebrandis nomine: contra simoniacos multos missus: tamen contra vnū episcopū multū infamatū ꝓcedere voluisset ⁊ ille testes qui ipsum accusauerunt corrupisset dixit legatus in concilio. Cesset humanū iudicium ⁊ ducatur in mediū diuinitatis oraculū cum certū sit ꝙ ep̄alis gratia donum dei sit. Et quicunq; mercatur ep̄atum facit cōtra spiritumsanctū. Si tu igit̄ cōtra spiritumsanctum non fecisti. dic. Gloria patri et filio ⁊ spirituisancto. Quod cū incepisset nullatenus spirituisctō dicere potuit frequentius repetendo. Sed eiectus ab ep̄atu tunc plene dixit. Tales etiaꝫ raro bona morte moriuntur. sicut legitur. j. Macha. xiiij. de alchinno qui offerebat coronā auream ꝙ pallium demetrio regi: ⁊ obtinuit summum sacerdotiuꝫ. Qui post multa flagitia sua eiectus est ⁊ occisus gladio. Simile patet de iasone ibidē. c. vij. vel tēporalem incurrunt confusionē. Cui⁹ exemplū ponit Cesarius di. vj. ca. xiiij. Cum abbas sancti Dionysij gentis francoꝝ ⁊ illa ditissima abbatia vacaret ⁊ ad illā plures aspirarent: venit ad regem is qui in cōgregatiōe videbatur potior: p̄positus videlicet pro abbatia supplicans ⁊ dicēs. Dn̄e quingentas vobis offero libras: vt propitius mihi sitis in hac abbatia. Cui rex nihil promittens sed simoniacum muneris receptione quasi in arce spei ponens. Respōdit. Date pecuniam camerario meo secrete. Recedente ergo preposito ⁊ quasi de regio fauore certificato: cellarius nihil de his sciens eūdem regem adijt ⁊ ꝓposito similia petens similē pecunie quantitatem obtulit. A quo simile respōsum accepit. Nouissime vero venit thesauroꝝ inuidus custos ⁊ ipse pro abbatia q̄ngentas libras obtulit. Cui sicut prioribꝰ responsum est. Et licet rex sicut homo dissimularet plurimū tamen ei displicebat illorum triū monachoꝝ ambitio ⁊ ꝓprietatis viciū: immo tam execrabile furtum ⁊ simonia: sciēs ablatam pecuniā monasterio fuisse subtractam. Prefixit tamen conuen̄tui diem in qua abbatē eis cōstitueret eo ꝙ abbatia in manus eius deuoluta fuisset. Sedente autē rege in capitulo: verbis idoneis premissis cum diligenter circumspiceret ⁊ ꝑsonas cōsideraret: tres predicti monachi: p̄positus. s. cellarius ⁊ thesaurarius in summa expectatiōe erāt positi singuli per momenta singula abbatiam sibi esse porrigendam. Et licet spes sancta nō confundatur: om̄es tn̄ in sua expectatione sunt confusi. Nam ⁊ rex videns monachū quendā simplicem in angulo capituli residentem ⁊ nihil de abbatia sperātem: inspiratione diuina vt surgeret precepit. Stante illo cum verecūdia ante regē: dictū est ei ab eodem rege. Dn̄e en cōmitto vobis abbatiam sancti Dionysij. Quo audito cū homo ille simplex regi non assentiret: immo fortiter reclamaret se esse personā humilē priuatam ⁊ despectam atq; ad tantam dignitatē nimis indignum ⁊ nimis insufficientem sic se vituperando. Rex coegit eum. Et postea subiecit. Domine ecclesia illa in plurimis debitis est obligata nec est vnde soluatur. Cui rex subridendo respōdit. Nunc in instanti mille ⁊ quingentas libras vobis dabo: ⁊ cum necesse fuerit accōmodabo vobis pecuniam. Insuper auxilium vobis impendam. Precepitq; camerario supradictam pecuniam afferre. Et melius fuit domus ꝑ euꝫ recta q̄ꝫ ꝑ illos q̄ ad hoc aspirauerāt. ¶ Tertio peccant cū simonia illa collegia que neminem volunt recipere in canonicū illius ecclesie nisi det centum aut ducentos florenos collegio. In his s̄m Hostiē. si interueniat pactū vel exactio simonia est nulla obstante contraria cōsuetudine. vtꝫ extra de simo. c. j. ⁊ c. sicut pro certo. Si aūt est consuetudo ꝙ canonicus dat cappam vel aliquid ad structurā tanq̄ꝫ laudabilis est seruāda arg. extra de prebē. c. signatum. pōt tamen aliquid recipi. Primo q̄n̄ gratis datur aliq̄d munus: non pro spūalibus. vtꝫ. j. q. j. ca. quicq̄d. Secundo si datur ꝑ operibꝰ spiritualibꝰ ad que non tenetur ex officio. vtꝫ. xij. q. ij. ca. charitatē. Ex hoc patet ꝙ sacerdotes possunt opas suas vendere si nō habent vn̄ viuant. Ter-

A cio cum ꝓ quibusdam spiritualib⁹ operib⁹ visitatur datur cũ videlicet eps̄ visitat epa tum potest exigere vnicã ꝓcurationem: vt extra eo. ti. cũ sit romana. Sed hoc nõ debet exigere ꝓ actu visitandi aut cõsecrandi sed pro expensis vie. Quarto pro redimenda vexatiõe: que sibi fit iniuste sup aliquo iure spũali acquisito. extra eo. ti. c. dilectus filius. Et hoc debet intelligi quando alicui plenũ ius est acquisitũ. Sed si nullum ius haberet: ⁊ si tunc aliquid daret simoniacus esset. ¶ Quarto peccant cum simonia omnes qui dant vel recipiunt ꝓ introitu religionis vel etiam cum aliquis precio ad religionem inducit. vt. j. q. ij. quam pio. Quãdo tamen monasteriũ est depauperatum dicit san. Tho. in. iiij. sentẽ. dist. xxv. ⁊ etiam Raymun. debent gratis eum recipere: sed possunt dicere ei ꝙ secum ferat vnde viuat. Quia ꝓpter pauptatẽ nõ possunt ei prouidere. Unde si tunc talis se ⁊ sua offerat non est simonia. extra eo. ti. tua nos. immo possunt taxare quantũ portare debeat. Sed si pactũ fiat vt nullus re

B cipiatur nisi det centum libras ꝓ introitu religiõis simonia est. Et tales omnes sunt excõmunicati ſm quandam cõstitutionem Urbani sexti: contra tales editam. Grauitas huius peccati patet per tale exẽplũ: qđ sanctus Cirillus in epistolis ad sanctũ Augusti. de miraculis beati Hiero. narrat dicens ꝙ apud superiorem thebaidam fuit quoddam monasteriuz ditissimũ: in quo fuerunt ducente moniales in quo hec abusio seruabatur: vt si quam in monialem vellent recipere: illa nõ poterat habere introitum nisi certam pecunie quantitatem secum portaret. In hoc monasterio erat quedam domina nobilis ⁊ grandeua: que ab infantia sua deuote vixit: et que vicium illud q̃plurimũ abhorrebat. Cui nocte quadam posite in oratione gloriosus Hieronymus apparens locum illum immenso illustrans lumine precipiens ei vt ad abbatissam: ceterasq; illius cenobij moniales iret: ⁊ vt a tali peccato iam narrato cessarent: alias vltionẽ diuinã subito sentirẽt. Mane facto omnes in capitulo pulsato tintinnabulo congregauit: ⁊ que viderat ⁊ audierat omnibus patefecit. Sed om̃es C eã deridebant fatuã ⁊ exclamabant eã ista somniasse: forte ex nimia ebrietate. Illa vero accepta contumelia patienter sustinuit dolens de earum pertinacia supplicans continue ne hoc eis eueniret. Transactis igitur diebus decẽ sanctus Hieronymus apparuit eidem moniali in nocte media in oratione posite: vt quod prius nũciauerat eisdem denuo intrepide nunciaret. Fecit quod precepit sicut prius: sed antequã verba finierat cum magnis cachinnationibus de capitulo recesserũt. Sed post trib⁹ diebus transactis gloriosus Hieronymus eidem moniali cum magna multitudine angeloꝝ apparuit: ⁊ excitauit eam dicens ꝙ protinus exiret monasteriũ ne diuinã sentiret vltionem. Cũ illa vero multis lachrymis supplicaret ne hoc fieret. Respondit Hierony. Ad abbatissam pergito: ⁊ ad ceteras ⁊ omni mora postposita eis nuncies: ꝙ nisi peniteant hac nocte diuinam sentient vltionem. Si autem in sua pertinacia permanebunt statim exies: his finitis abscessit ⁊ capitulum adijt: campanam pul- D sauit. Abbatissa autẽ ira cõmota videns eã diris minis eam increpans: nullum verbũ voluit audire: promittens ꝙ nisi cessaret amplius in monasterio non maneret: et illa non cessans: tandem eam de monasterio expulerunt. Que egressa est cũ lachrymis ⁊ perfusa doloribus ⁊ subito monasteriuz corruit: omnes opprimens moniales: ita vt ex eis aliqua viua non remanserit. Sed quid est dicẽdum de fraternitatibus q̃ ita constitute sunt ꝙ nullus recipiatur nisi promittat vel iuret se daturũ annuatim decez vel plures solidos. Respondet Raymun. ꝙ si huiusmodi cõfraternitates fiũt ꝓpter causam honestam puta pro alendis pauperibus: ⁊ pro redimendis captiuis vel similibus non est simonia: nec sunt reprobande: immo grãgense conciliũ dicit anathematisandum. qui eos despicit. vtz. xlij. dist. ca. si quis despicit. Et ecclesia vniuersalis approbat iuramentũ: tamen ego nõ approbo ꝓpter periculũ ꝑiurij. Si vero statutuz est ꝙ semel vel bis in anno cõueniant omnes cõfratres ad tractãdum de salute aĩarum

E ⁊ ad audiendũ verbuz dei: ad celebrãdum missas ⁊ orationes pro viuis ⁊ defunctis: ⁊ ad excitandum deuotionẽ. Ideo ponũt singulis annis certã quantitatẽ ex qua reficiantur pauperes. Bonũ est dũmodo intentiones sint mũde ⁊ principaliter in deo fixe. Non tñ est licitũ in forma negatiua. s. ꝙ nullus recipiat̃ nisi det tm̃: sed in forma affirmatiua licet vt quicunq; receptus fuerit dabit tm̃. Et hec forma tutior ẽ ſm ꝛvil. ¶ Quinto cõmittũt simoniam iudices spirituales qui capiunt pecuniam pro absolutione ab excõmunicatis q̃a pecuniã nõ debent accipere tanq̃ preciũ absolutionis: qꝛ hoc esset simoniacum. Sed possunt accipere pecuniam in penã pctĩ vel culpe p̃cedentis ꝓ qua q̃s fuit excõicatus. Et dicunt doctores iuris ꝙ excõicatus absolui debet libere ⁊ eo absoluto cogi potest ad satisfaciẽdũ de pena. Sed ante nõ põt exigi cuz nec pro illa fuerit excõicatus. Sic intellige decretalem illã extra de simonia ad aplicã et ad aures. ¶ Sexto cõmittitur simonia cuz aliquis dat aliquid ep̃o ordinanti ipsum et si aliter non esset ipsum ordinaturus. vt ex
F tra de elec. ca. significasti. ⁊ extra de simo. c. i. vbi dicit̃. Sicut non debet ep̃s manum quã imponit: ita nec minister vel notarius in ordinatione eius notam vel calamũ vendere. Pro ordinatiõe igitur ⁊ vsu pallij seu cartis atq; absq; pastellis eũ qui ordinatur omnino quid dare prohibemus. Hec ibi. Si tamen dat aliquid gratis põt recipere. Ideo dicit̃ Esa. xxxiij. Beat⁹ qui manus suas excutit ab omni munere. Non dicit solũ a munere sed ab omni munere. Aliud est em̃ munus a manu: aliud ab obsequijs aliud a lingua. Mun⁹ a manu pecunia est. Munus ab obsequio est seruitus indebite impensus. Munus a lingua est fauor. vt ptz. i. q. i. sunt nonnulli. ¶ Septimo habet fieri cũ aliquis facit pactũ de spirituali vel spũali annexo. vtz extra de rerũ ꝑmu. ca. quesitũ. Ut faciunt illi sacerdotes q̃ fingunt aureas missas. b. Grego. Nam exigere aliquid pro missa dicenda cũ al's ad hoc teneatur est simoniacũ. vtz. i. q. iij. c. vẽdentes. Si ꝟo alias nõ tenet̃ dicere ⁊ desunt ei sumptus põt licite (non in precium misse sed in signũ ministri sustẽtationis) aliquid accipere. Quia qui altari seruit: de altari viuit. In omnibus his ⁊ similibus: puta in dicẽdo psalterium vel alias orõnes si fiat sine pacto ⁊ pecunia non est principale motiuum: sed tm̃ secundariũ. Sed vt per pecuniam incitet alium ad deuote orandũ ꝓ eo vt habeat vñ viuat: sicut ad faciendum anniuersariũ ⁊ sil̃ia pñt dare pecuniaz ⁊ alii recipe. Sic etiã pñt p̃dicare p̃mo ⁊ principaliter ꝓpter deũ ⁊ ad edificationem ꝓximi ⁊ ex cõsequẽti pñt petere sumptus vnde viuãt. ¶ Octauo cõmittit̃ simonia in vẽditione sacr̃aliũ ⁊ ad sacr̃a ordinata vt est aq̃ bñdicta panis bñdictus sepultura: hec em̃ vendi non pñt sicut nec sacr̃a. vt. i. q. i. cap̃. placuit. ⁊. ca. ad nr̃am. Calix tñ vendi põt rõe mere dũmõ intentio solũ ferat̃ ad tpale nõ ad spũale. Calix tñ nõ debet vendi laico nisi cõflat⁹. vtz. iiii. q. ii. hoc ius q̃d correctũ. ¶ Nono cõmittit̃ simonia: cũ sit trãsactio sup spũalib⁹. vtz ex. de trãsac. ⁊. c. cõstitut⁹. ⁊. c. sup eo. Põt tñ fieri amicabilis in his cõpositio ſm Ber̃. sup. ca. super eo. Uñ si res spũalis petit̃ tanq̃ beneficiũ nõ põt fieri sup eo transactio secus si petat̃ vt ꝓprietas. vt dicit Bernar. ibidem. ¶ Decimo cõmittit̃ simonia: qñ aliq̃s tali pacto offert bona sua ecclesie: vt ip̃a bona in p̃bẽdã accipiat: secus est si pure propter deũ dat̃ sibi p̃benda sine pacto. Si tamen est vtrobiq; corrupta intẽtio erit vtrobiq; simonia extra eo. ti. ca. Tua nos.

¶ De taxillatoribus.

Nono peccant contra illud preceptum taxillatores ⁊ aleatores. Tales cum iudeis christum lapidant. De quib⁹ Joan. viii. Magna siquidem iniquitas impiorum quib⁹ non sufficit per ora euomere verba crudelissima: sed etiam eorum manus p̃parant exacerbissima opera perpetrare. Ecce mansuetissime Jesu famam tuam iudeorum turbe ⁊ principes sacerdotũ non tm̃ blasphemiis maculare satagebant verũetiam lapidibus eius vitam extinguere curabant. sicut Joannes dicit. Tulerunt lapides iudei vt iacerent in eũ. Et hoꝝ impietatũ imitatores sunt aleatores: quoruz opera neq̃ nihil aliud sunt nisi

A lapides quibus ipsum dominum Jesum lapidabant: ⁊ ꝓpter hoc congregatio ecclia diaboli vocatur. Et distinguitur in triplex ministeriū. Primū est inuentionis. Secundum est offensionis. Tertiū obligationis. de quibus prophęta. Odiui ecclesiam ecce primū malignantiū: ecce secundum: ⁊ cum impijs non sedebo: ecce tertiū. Primum est inuentionis. De quo dicit Jsido. lib. xviij. Ethimo. ꝙ ludus alee inuentus fuit a grecis in ocio troiani belli per quendam militem alea dictū: ⁊ ab illo ludus nomen accepit. Sed verius est ꝙ diabolus dicitur inuenisse illum ludū. Legit ꝙ quidam senator romanus lepra elephantina fuit infectus: qui desperatus dixit. O deus si possem tibi facere tantam displicentiā: quantā mihi fecisti non obmitterem. Cui mox diabolus aderat dicens. Si deo vellet facere magnam displicentiam: deberet facere tabulam quadratam ⁊ tres lapides punctatos: ita ꝙ in vno latere esset vnus pūctus: ⁊ in alio latere duo: ⁊ in tertio tres: ⁊ i q̄r to quatuor: ⁊ sic de aliis. Et sic quādo proijcerent vnum punctū hoc deberent facere B in contemptū vnius oīnipotentis dei. Q̄ proijcerent duo puncta hoc deberent facere in cōtemptum chr̄i ⁊ matris eius. Et q̄ tria: in cōtemptum sanctissime trinitatis. Et quando quatuor: in contemptū quatuor euangeliorum: ⁊ quinq̄ in contemptum quinq̄ vulnerū chr̄i: ⁊ quādo sex in contēptum sex operū misericordie: q̄ septem in contēptum septem donor̄ spūssancti ⁊ q̄ octo in cōtemptū octo beatitudinum: si nouem in contemptū sanctor̄ angelor̄ in nouem chorīs: si decem in contemptum decē preceptor̄: si vndecim in contemptum omniū sanctor̄ q̄ sunt in regno dei: si duodecim in contemptum. xij. apostolor̄ ⁊ c̄. Attendat ergo illi sceleratissimi taxillatores quāta committūt pctā mortalia: ⁊ qui sunt imitatores luciferi: q̄ est inuētor oīm malorū ⁊ cōuocatis omnibus demonibus ⁊ clamantib⁹. Placet: cōstituamus ecclesiam sicut chr̄s dicens. Ego ero papa in damnatiōe aiar̄ lusor̄: ⁊ oīnibus demonib⁹ clamātibus. Placet nobis quod dicis. Cardinales erunt oēs mali demones missi ad ludū hoīes instigantes ⁊ spēaliter mercatores tabulas scakaria ⁊ cartulas per mūdū C ad vendendum portantes. Ēpalia sunt castra dn̄or̄ ⁊ domus publice in quib⁹ in diebus festiuis conuenīunt ⁊ denarios subditis dant: vt offerant ad missam: ⁊ maxime in chr̄i natiuitate. Ecclesie sunt taberne lenonibus ⁊ meretricib⁹ plene. Plebes sunt lusores: plebani sunt tabernarij hac conditione adiuncta: ꝙ nūq̄ predicationem vel missam audiant. Ceroferarij sunt tenētes lumen ad ludendum: vt sic ludant in contumeliam dei. Oratoria sunt domus barbitōsorum ⁊ aliorum artificum. Jbis ecclesijs dicit papa. i. Lucifer suis episcopis. Jubeo ꝓcurari feruentiores concursus populorū q̄ sit in ecclesijs chr̄i nostri aduersarij. Secūdo disponamus ecclesiastica paramēta. Altare enim i mea ecclesia sunt tabularia ⁊ in latere sit quedā vacuitas ad ponendū reliquias. s. nummos sacrorum lusorum. Missale decium seu taxillus esse volo: ⁊ in tribus decijs sunt. xviij. littere seu note ad cantandum. Calices sunt crateres ad inebriandum gulam ⁊ guerram generantes patena sunt flozeni. Tertio de ordine mis- D se est disponendum. Introitus sit ipsa lusorum inductio ⁊ concordia ad ludendum Kyrieleison pluries replicatum est lusorū cōtentio ⁊ litigiū vnus dicit: sic fuit: alius dicit sic fuit. Gloria in excelsis sint execrande blasphemie contra deū ⁊ sanctos. Dominus vobiscum: quod sit versus occidēs est optatio perpetue dānationis. Sic lucifer cecidit de oriente. i. de celo empyreo in baratr̄ inferni. iuxta illud Ezech̄. Quō cecidisti lucifer qui mane oriebar̄ ⁊ c̄. Ofo est maledictio eterne damnationis. Epla sic incipit. Titiuillus apostolus princeps tenebrarū ad ebrios. Fratres estote ebrij. Graduale erit gradatim ruere in grauiora peccata. Primū est desiderium lucrandi. Secundum voluntas spoliandi. Tertium vsura maxima. Quartū multitudo mēdaciorum. Quintū blasphemie ⁊ periurioru. vñ de excel. pla. inter dilectos condēnatur quidam qui. xj. denarios. p. xij. commutauit in ludo. Sextum est scandālū inspicientiū. Mat. xviij. Qui scandalizaue-

E rit vnū de pusillis istis ⁊c̄. Septimū est cōceptus ꝓhibitionis eccl̄ie qđ est pctm̄ inobedientie. Qđ aūt sint ꝓhibiti patet in. ca. clerici officia. ⁊ de vi. ⁊ ho. cle. ⁊ in. ca. honestate tali. ī textu ⁊ in glo. ff. de aleatoribus ꝑ totū. In auten. de sanctissimis ep̄is .§. Interdicimus. ix. coll. Octauū est amissio tēporis. Nonū est homicidiū. Decimuz est desperatio. Contigit em̄ in ciuitate mutine in italia: ꝙ vnus tm̄ fuit desperat⁹ de perditione denarioꝝ ꝙ ter seipsum suspendit: sed in primis duabus vicibus per vicinos liberatus. In tertia vice damnatus. Secūdus iussit vxorem ⁊ filios ire dormitum: ⁊ cōgregauit lignoꝝ ⁊ straminū multitudinem: ⁊ incendit vt se ⁊ oīa cremaret: sed auxilio vicinoꝝ fuit liberatus. Terti⁹ vero ascēdit murū ciuitatis ⁊ affuit demō in spē grifonis: subito ducens eū in corpore ⁊ aīa in baratrū inferni. Euangelium lusorum sint suspiria. Dn̄s vobiscū. Heu mihi qꝛ iaz perdidi. Rn̄t socius proficiat tibi. Offertorium sint oblationes denariorum: ⁊ sic de alijs.

F ¶ Explicit septimum preceptum.
Incipit octauum preceptum.



On falsum testimonium dices. In precepto precedēti deus ꝓhibuit ꝓximo nocumētum esse inferendū in rebus tēporalib⁹ dicendo. Non furtum facies. Nunc in isto octauo precepto prohibet deus ꝓximo nocumentū esse inferendū in fama: qđ est maximum bonū hoīs: dicens. Non falsum testimoniū dices. Neqꝫ cōtra ꝓximū tuū neqꝫ cōtra teip̄m. ſm qđ dicit Aug. li. j. de ci. dei. c. ij. Sicut falsum inquit testimonium ꝓhibet cū vitaret dicendo falsum testimoniū nō dices cōtra ꝓximū tuū: nec ideo tamen si aduersus seip̄m q̄sq̄ falsum testimoniū dixerit ab hoc crimine se putauerit alienū. hec Aug. Sed ſm eundez Aug. hic ꝓhibet dn̄s om̄e nocumentū oris quo quis per falsitatē oris ledit ꝓximū. In secundo autē p̄cepto prohibet mendacij falsitas respectu dei ꝓut cadit in ipso periurio: dicit san. Tho. se. se. q. vij. ꝙ falsum testimoniuz est semꝑ peccatū aut mortale aut veniale. G Nam habet triplicem deformitatem. Uno modo ex ꝑiurio: qꝛ testes nō admittunt̄ nisi iurati: ⁊ hoc est semꝑ pctm̄ mortale. Secundo est ibi violatio iusticie: ⁊ hoc mō est peccatū mortale in suo genere sicut ⁊ quelibet iniusticia. Tertio est ibi mēdaciū qđ sꝑ est peccatū mortale aut veniale. Prīo peccant cōtra illud p̄ceptū oēs illi q̄ falsitatem cōmittunt in iudicio. s. Judex falsam sentētiam proferēdo. Actor false reum accusando. Testis falsum testimonium proferēdo. Aduocatus falsam sentētiam defendēdo. Primo iudex falsam sentētiam ꝓferendo. Contra qđ Leui. xix. Nolite facere iniquū aliq̄d in iudicio. Deute. xxvij. Maledictus qui peruertit iudicium aduene pupilli ⁊ vidue. Acceperūt munera ⁊ ꝑuerterūt iudicia. j. Reg. viij. Judex enim si bn̄ iudicat tenet locū dei: sed si male iudicat tenet locuz diaboli. Jō p̄cipit̄ iudicib⁹ ecclesiasticis. c. cū eter. de se. ⁊ re. iudi. li. vj. Caueāt ecclesiastici iudices ⁊ prudēter attendant vt in causaꝝ ꝓcessibus nil vendicet odiū vel fauor vsurpet: timor exulet: premiū vel exultatio premij iusticiā non subuertat: sed staterā gestat in manibus: lances appendant equo libramine: ⁊ in oībus que ī causis agēda fuerint p̄sertim in concipiendis sententijs ⁊ ferendis: pre oculis solū deū habeāt. H Et infra. Si iudex ecclesiasticus ordinari⁹ vel delegatus cōtra cōsciam suā iustam in grauamen partis alterius in iudicio quicq̄ fecerit ꝑ gratiaz. i. per preces vel sordes id est ꝑ preciū ab officio suo ē suspēsus. Et si ingerit se diuinis interim efficitur irregularis. A qua non pōt absolui nisi ꝑ summum pōtificem. Hec ibi. Si enim iudex ex amore siue odio siue cupiditate siue alia causa iniusta iniquam tulerit sentētiam tenetur precise ad omne interesse illi qui ex tali sententia lesus est: nisi forte posset inducere illum quo tulerit ad plenariā restitutionem faciēdam ei qui fuit lesus. vt patet. C. de pe. iudi. l. vl. ⁊ xj. q. iij. quatuor. Et debet ei imponi grauissima penitentia: tanquaz pro grauissimo crimine. vtz. xj. q. iij. quicūqꝫ. ¶ Secundo peccant cōtra hoc actores reuz false incusando exēplo iudeo

A rū qui chm false accusabant. Marci. xv. Accusabant cum summi sacerdotes. Aut crimen falsum imponendo: aut peccatum augendo ꝛ aggrauando. Tales diabolo assignantur vl assimilantur: qui accusator fratrū dicit Apocal. xij. Projectus est accusator fratrum nostrorū qui accusabat illos afi cōspectū dei nri die ac nocte. De talib⁹ dicit extra de accu. c. accusasti aliquez ꝛ p tuā accusatiōem occisus est nisi p pace xl. dies in pane ꝛ aq̄ qō carena vocat cuz vij. sequētib⁹ annis peniteas. Si aūt p tuā delaturā debilitat⁹ ē p tres debes quadragesimas penitere. Hec ibi. Peccant ergo tanquā falsi testes false accusantes aut ex odio aut ex rancore aut inuidia: sed ex charitate accusare debet: alias nō sunt audiēdi. vtz. j. c. de accusa. Si legitimus non fuerit accusator nō fatigetur accusatus. Hec ibi. Quia criminosus non potest alium accusare. iij. q. vij. quonīā sine. ꝛ. ca. postulatus. Qui trabem gestat in oculo: festucam de oculo fratris non potest eicere. Peccat etiam mortaliter reus accusatus si ne-
B gat veritatem in iudicio fm sanctuz Tho. se. se. q. lxix. quia hoc pertinet ad debitum q aliquis obediat suo supiori. Judex autē est superior. Jdeo ex debito iusticie tenet reus iudici veritatem exponere. Si autem mendaciter negat peccat mortaliter: ꝛ si iudex hoc exquirit quod non potest fm ordinem iuris tenetur accusatus ei respondere: sed potest per appellationē aliter licite subterfugere mendaciū tñ dicere non licet. Jō dixit Josue ad Achor. Fili da gloriam deo israel ꝛ confitere petīn tuū ꝛ indica mihi quid feceris. vt patz Josue. vij. Tertio peccāt cōtra hoc ibidez testes false testimoniū proferendo. De illis principaliter dixit dñs. Non falsum testimonium dices. Sed tñ de testib⁹ tria sunt notāda. s. De eor numerositate. De eor qualitate. De eor veritate. ¶ De ꝑmo em̄ dicitur q ad min⁹ debēt eē duo. vtz Deute. xvij. In ore duor vel triū peribit q̄ interficiet. Nemo occidat vno contra se testimonio. Speculū saxonū dicit. ¶ Cuz homo corā iudicio nō fecerit quantūcunz hoc sit notorium se suo iuramēto liberabit: nec in hac parte cō tra ipm quodcūz testimonium prevalebit: qō est cōtra euāgeliū. vt ptz Matth. xvj. Si C peccauerit in te frater tuus: adhibe tibi duos aut tres: qa in ore duor vel triū stat oē verbū. Est etiā ptra ius canonicū. vtz in. c. extra de testibus vbi or. In ore duor vel triū. i. non paucor: sed aliquando plurium stat omne verbum: nisi sint magne persone vtz. ij. q. v. ca. Presul non damnat nisi cum lxxij. testibus: presbyter aut cardinalis nisi cū. xliiij. nō deponat. Diaconus vero cardinalis: vbis rome non nisi in. xxvij. testibus cōdemnabitur. Et in ca. sequēti dicit: q ep̄s non damnat nisi in. xij. testibus epi scopis aut per. xxij. alios idoneos testes. Sed quare tot testes requirunt in magnis personis. Respondit san. Tho. in se. se. q. lxx. ar. ij. propter eorū dignitatez: qa tales institui debent quor sanctitati plus creditur cz̄ in iusticia testibus. Secundo: qa homines qui habent alios iudicare sepe propter iusticiaz multos habent aduersarios. Unde non est passim credendum testibus contra eos: nisi multitudo magna conueniat. Tertio quia ex condemnatione alicuius eor derogaretur in opinione hominū D dignitati illi⁹ ecclesie ꝛ auctoritati: qō est periculosius cz̄ in ea tolerare aliquem peccatorē nisi valde publicū ꝛ manifestuz. de quo graue scandalū oriret sed nec euangeliū nec vlla diuina humanaq̄ lex vnius testimonio ꝛ hoc idoneo quēpiam condemnat vel iustificat: vt or. xxxiij. q. ij. cap. admonere. Et Deute. xvij. Nemo interficietur vno testimonio cōtra se habētē: sed debent esse duo ad minus. Rationē assignat sanctus Thom̄. scda scde. q. lxx. arti. ij. qa omnis multitudo in tribus comprehendit scz principio medio ꝛ fine. Un fm philosophū. j. de celo ꝛ mūdo. Ome ꝛ totū i trib⁹ ponimus: sicut ternarius constituit cū sint duo testes ꝛ cum accusatore erūt tres ad maiorē certitudinē: vt cū ternarius constituitur sit quedam multitudo p̄fecta in ipis testib⁹. Jō Eccli. iiij. or. Funiculus triplex difficile rumpit. Aug. aūt sup illud Joan. viij. Duor hominū testimoniū verum est. dicit q in hoc trinitas fm misteriū est commendata: in qua est ꝑpetua firmitas veri-

E tatis. Et hoc est verum nisi manifesta infamia sit in cōtrarium: q̄a euidentia patrati sceleris non indiget voce accusatoris: vt optime probatur in titulo de accusatiōib⁹ c. euidētia. Scd̄o dicēdū est de testiū q̄litate. Quereret aliquis quales debēt esse testes. Respondet̄ ꝙ debēt in se habere septē conditiones que continent̄ in his metris. Cōditio sexus etas discretio fama. Et fortuna fides in testibus ista requires. Primo debet esse liber non seru⁹. vtz. iiij. q. iij. ca. serui: q̄a seruus metu dn̄i supprimit veritatē. Unde serui neq; ꝓ dn̄o neq; aduersus dn̄m sed pro facto suo interrogari possunt. vt dicit̄ ibidem. Ratio est q̄r metu domini forte supprimit veritatez. vtz de verbo. sig. c. forus. Fallit tn̄ hoc qn̄ nō agit̄ de factis dn̄i sui: q̄a tūc seruus pōt esse testis. ¶ Scd̄o debet eē vir nō mulier: sz hoc ē verū in causa criminali. Cui⁹ rōnē ponit decretalis. extra de ver. sig. c. forus. q̄a femīa variabilis atq; mutabilis est. Ideo dicitur xxxiij. q. v. ca. mulierē constat esse subiectā dominio viri sui ⁊ nullā auctoritatez habe

F re. Neq; docere potest: nec testis esse nec fidem dare: nec iudicare. Dicit glosa ꝙ hoc intelligitur in causa criminali: sed in ciuilibus potest esse testis. vt patet. xv. q. iij. ca. ex eo. in textu ⁊ in glosa. ¶ Tertio debet habere legitimā etatem: scz quatuordecim annos. vt patet. iiij. q. iij. c. testes. vbi dicitur. Ad testimoniū autē infra quartūdecimū annū etatis sue cōstituti nō admittunt̄ q̄r etas puerilis plena est mendacijs atq; ꝑ iurijs. vt patet de delic. pue. ca. j. Secūdo q̄r testis debet iurare: pueri aūt non coguntur ad iuramentum: ergo nec ad testimonium. vt patet. xxij. q. v. ca. pueri. Sed decretum cōtra hoc obijcit. iiij. q. iij. c. si quis. §. obijcit̄. vbi dicit̄. Sed obijcit̄ illud briccij qui voce pueri triginta dies ab ortu habentis innocens ꝓbatus est. Rn̄det ꝙ miracula diuina sunt admiranda ⁊ nō in exēplum humane actiōis trahenda. Dubitat̄ vtrū testis semꝑ debeat iurare? Respōdet Augusti. de ancho. in summa de Ecclesiastica ptāte. q. lv. arti. iiij. dicens. ꝙ iudiciū nō est cōfirmandū iuramento: sed simpliciter ꝓferendum ne incurrat̄ periuriū: sed in iudicio conuenienter interponit̄ iuramentum. Primo propter testis timorationem. Plus em̄ timet homo peccare contra mandatum dei q̄ꝫ contra mandatum proximi. Et quia falsum testimonium est contra ꝓximū: ꝑiuriū ꝟo cōtra deū: ideo satis plus timet hō deū offendere ꝑ ꝑiuriū q̄ꝫ per falsum testimonium. Ut ergo testis timeat falsum dicere testimoniuz contra ꝓximum in iudicio semper debet admitti testis iuratus. Secundo propter testimonij certificationem. Nam testimoniū hominis confirmatur ⁊ certificat̄ veritate humana q̄ potest falli ⁊ fallere. Iuramentū vero firmat̄ ⁊ certificat̄ veritate diuina q̄ nec fallit nec fallitur vt genus testimonium testis sit ineffabile. Ut non fallat nec fallatur in iudicio: iuratus semper est admittendus. Tertio propter mendacij vitationem. Quarto testis debet esse discretus. Ideo furiosus ⁊ fatu⁹ repellunt̄. vtz. iij. q. vij. c. infamis. §. tria sunt quib⁹ aliqui impediuntur vt iudices non fiant. Natura: vt surdus mutus ⁊ ꝑpetuo furiosus. glo. dicit ibidem. secus esset si ad tempus: q̄a si habet interuallum ratiōis potest esse iudex. Quinto testis nō debet esse infamis. vtz. iij. q. vij. capi. infamis. vbi dicit̄ infamis ꝑsona nec ꝓcurator pōt esse nec cognitor. Sunt autez infames ſm iura fures heretici raptores ⁊c̄. vt ptz vj. q. j. c. infames. Idem dicit̄ de reg. iuris lib. vj. Infamibus porte dignitatis patere non debent. Et de verbo. signi. c. forus. dicitur ꝙ testis debet esse probatus ī vita vt sit innocens ⁊ integer in actu. Nam si in vita bona desierit: fide carebit. Nam iusticia cum scelerato hoīe non pōt habere commertiū. Ideo multū fatue faciunt illi q̄ dicunt. Sufficit mihi conscientia bona. Non curo quid homines dicāt: habeo testem in celo. Audiant illi apl'm ad Roma. xj. Prouidemus bona non solum coram deo: sed etiam coram omnib⁹ hominibus. Uita bona est nobis necessaria propter nos: sed fama bona propter alios. Unde Grego. ⁊ ponuntur eius verba. xj. q. iij. c. Non sunt audiendi viri siue femine qn̄ reprehēdunt̄ in aliq̄ negligētia nō ostendendo bonā famā suā: ꝑ quā fit vt in malā veniāt suspitionē.

A Sequit. Quisquis a criminibus vitā suam custodit sibi bene facit. Qui autez custodit famā suā in alijs misericors est. Nobis em̄ est necessaria vita nostra alijs fama nr̄a. Sexto non debet esse nimis paup. Als suspitio esset ꝙ ꝓpter aliqd̄ munus testaret. vtz.iiij.q.iij.testes. Sicut multi boni socij faciūt non timētes deū: q̄ accipiunt vnū sextarium vini ⁊ dant falsum testimoniū. Et tales tenētur ad restitutionem. vtz.xiiij.q.v.c.non sane. Etiam si verū dedit testimoniū: Pōt tamen aduocatus vendere iustuz patrociniū ⁊ consiliari⁹ consiliū prioꝝ. Rō est q̄a iudex ⁊ testis sunt ex vtraq̄ parte. Aduocatus ⁊ consiliari⁹ ex vna pte. Illoꝝ pnīa qui falsum testimoniū dixerunt ponit vj.q.j. Quicunq̄ scienter ꝑiurauerit ⁊ falsum testimonium dixerit. xl. dies in pane ⁊ aqua ieiunet: septē sequētes annos nunq̄ sit sine penitētia: ⁊ nunq̄ in testimoniū recipiat. Septimo debet esse fidelis ⁊ nō infidelis sicut iudeus ⁊ pagan⁹ ⁊ hereticus nō admittit cōtra chr̄ianū. vtz.ij.q.vij.c.si hereticus cōtra hereticū litigat licet cuiq̄ B eoꝝ testē hereticū adducere. Si aūt orthodoxus cōtra hereticū litigat ꝑ orthodoxo valet testimoniū: cōtra orthodoxū autē solius orthodoxi testimoniū valet. Sic iude⁹ contta christianū vel paganus testari non pōt. Rō huius ponit ibidem.c.nō pōt erga homines esse fidelis qui deo extitit infidelis. Tertio dicēdū est de eoꝝ ꝟitate ꝟm.s. Tho.vbi.s̄.ꝙ quilibet tenet perhibere testimoniū de manifestis: qn̄ iudex id ab eo requirit ꝟm ordinē iuris. Si aūt aliq̄s req̄rat testimoniū cui non tenet obedire: tunc nō tenet ferre testimoniū nisi per hoc liberet hoīem ab aliquo ꝑiculo: puta morte vl infamia iniusta. In quo casu tenetur ferre testimoniū etiā si nō requiratur. De his aūt q̄ aliquis habet sub sigillo confessionis nullo mō debet ferre testimoniū q̄a contra ius naturale faceret non seruando fidē: nisi essent talia q̄ essent multuz nociua multitudini corꝑaliter vel spūaliter: vel in grauamen ⁊ dānū alicui⁹ ꝑsone singulariter. ¶ Tales em̄ testes debent esse veri ⁊ non falsi: ⁊ hoc propter multa. Primo propter ꝓximi offensionem: q̄a dicit Isid. in lib. de sum. bono. Falsus testis trib⁹ est obnoxius C deo cui⁹ p̄sentiā contemnit: iudici quē fallit: ⁊ innocenti quez falso testimonio ledit. ¶ Scd̄o est periculosum ꝓpter ablati restitutionem. Nam falsus testis tenet ad restitutionē oīm q̄ proximus suus amisit ꝑ falsum testimoniū. vtz.xiiij.q.v.c. non sane. Etiam famaz. Cui⁹ exēplū scribit Eusebi⁹ in chronica sua. ꝙ anno dn̄i.ca.xiiij.cōtra Narciscū ep̄m īsurrexerūt tres falsi testes: sed duo mortui sunt ⁊ terti⁹ restituit famā. Mānsit ergo viuus ille. Cui⁹ exēplū nota ī sermone p̄mo scd̄i p̄cepti. ¶ Tertio ꝓpter infamie denigrationē: q̄a falsus testis efficitur infamis. ⁊ decetero nō pōt testari cōtra quēq̄. vtz.iij.q.v.c.statuimus. vbi d̄r. Constituimus cū oībus q̄ nobiscū sunt episcopis: vt homicide: malefici: fures: sacrilegi: adulteri: raptores: incestuosi: periuri vel qui falsum testimonium dixerint: nulla tenus sunt ad testimoniū admittēdi q̄ infames sunt: ⁊ sepi⁹ tꝑalē patiunt cōfusionē. Cui⁹ exēplū ptz ī spe.hist.li.xxiiij.c.xcj. de btō quintino martyre: ꝙ quidam bernfus nomīe in rebus eccl̄ie.b.quintini falsum ferebat testimoniū: volēs quandā siluā de p̄dio penitus auferre quē sanct⁹ martyr q̄ntinus in somno redarguit: app̄hendensq̄ nasum eius falsatorē eū ꝓclamauit. Ad qd̄ dictū ipse exꝑgefact⁹ pedib⁹ calciatus: cū faciē suā aqua lauaret accersita cōiuge cepit ei explanare q̄d in somnis vidisset. Ut aūt ꝑuentū est ad hoc q̄liter ip̄e martyr nasum ei⁹ tenens falsatorē esse vocauit extenta manu sua nasum suum cepit: ⁊ statim nasus (q̄a in vase q̄ aqua erat de manib⁹ ei⁹ defluebat) cecidit. Qui nimiuz territus ad pallaciū quo ipsa die ꝑ p̄fata silua deberet ire distulit: nec tn̄ hoc supplicio coercitus insuꝑ ob suꝑbie fastū aureum sibi nasum fabricare: catenulisq̄ aureis aptare conatus est. Quē iterū idem.s. Quintinus visu admonuit dicens. Nonne tibi naturalē nasuz abstuli: vt te omnibus monstrarem falsum testimonium dixisse: ⁊ nunc ob superbiam ausus es aureum supponere nasuz? Uade nunc ⁊ proijce illum abs te ⁊ cunctis innotescere stude te falsum testimonium protulisse. Ob indicium ergo fidei nasus ipse ab

Eauro multis diebus ad memoriam futuro
rum ibidem seruatus mānsit. ¶ Quarto est
periculosum ꝓpter pene talionē. Ideo di-
citur Deutero. xix. Cumq; diligentissime
perscrutantes inuenerit falsum testem con
tra fratem suū falsum dixisse testimonium
reddant ei sicut fratri suo facere cogitauit.
Idem patet Dañ. xix. de illis duobus testi
bus falsis Susannā accusantib⁹ quos Da-
niel deꝑhendit falsos fuisse: ⁊ sic eos inter-
fecit. cuius exēm etiā legit̄ in cronica impe-
ratorum de Ottone. iij. qui habuit vxorez
pulchram sed lasciuā ⁊ impudicam: q̄ quē-
dam comitem nobilem vt sibi in adulterio
cōmisceretur instigauit. Qui tale nephas
recusauit dicens se omnino non velle thо-
rum dñi sui impatoris maculare. Quare
indignata fuit cōtra eum regina: ⁊ accusa-
bat eū coram impatore: quō ipam voluisset
violenter oppressisse: ⁊ hāc accusationē ꝓ-
bauit falsis testibus. Cōmotus impat⁹ cō
tra comitē ipm iussit decollari non obstan-
te quacunq; cōtradictione. Tpe ꝙo de-
collationis vocauit comes ad se vxorē suam
F legitimam dicens. Ecce vxor mea ꝑdilecta
innocens huius criminis sum. Sed modo
caput meū tollas coꝝ rege: ⁊ debes face-
re expurgationē in igne: ⁊ meā coꝝ oībus
declarare innocentiā: q; nunq; contraxi cū
aliqua adulterij macula. Et sic cū ipsa etu-
latu corpus eius sustulit ⁊ diligenter custo
diuit. Factoq; interuallo tpis: impator Ot
to constituit diē iudiciariū in q̄ voluit red-
dere vnicuiq; iusticiam suam. Occurrebat
autē vxor comitis implorando iusticiā im-
peratoris dicens ad eū. Serenissime prin-
ceps: quid est illi faciendum qui iniuste cō-
demnat ⁊ occidit proximū? Cui imperator
respondit. Talis reus est mortis. Cui vi-
dua. Tu es ille qui iniuste occidisti mari-
tū meū. Ecce caput innocenter occisi. Ꝙ
probabo si in igne maneat illesum: ⁊ ego si-
militer maneo illesa. Et imperator stupe fa
ctus expurgationē vidue admisit: ⁊ copio-
sum ignē parari fecit. in quo ipa vidua vna
eū capite viri sui illesa pmansit. Tunc mul-
tū importunis ꝑcib⁹ instabat ⁊ mortē impa
toris postulabat. Videns impator q; via iu
ris mortē declinare nō poterat, inducias,
xviij. dierū petijt. interim impator cām co-
mitis occiſi diligēter ꝑscrutabat ⁊ comitē
innocentē ⁊ impatricē reā mortis inuenit.
Tūc ipam publice igne cōbussit ⁊ etiam fal
sos testes cū ea: ⁊ vxorē comitis multis mu
neribus ditauit: atq; territoriū ciusdem co
mitis q̄tuor validissimis castris ampliauit
¶ Quinto est piculosum ꝓpt eternā dāna
tionē nisi leso satisfecerit. vtz ꝓuer. xix. Te
stis falsus nō erit ipunit⁹. Et ꝓuer. xxij. Te
stis mendax pibit de ppō meo. ¶ Quarto
peccāt ꝓtra hoc idē aduocat⁹ falsam sniaz
defendēdo: ꝓtra quē scribit ꝓuer. xvij. Qui
iustificat impiū ⁊ ꝙdēnat iustū vterq; abo-
minabilis est apud deū. Ꝙ fit aut ex cupi
ditatis auaricia ⁊ c̄. Multi em̄ ꝓpt lucrū di
cunt bonū malū ⁊ malū bonū. Cōtra quos
Esa. v. Ue qui iustificatis impiū ꝓ mu-
neribus ⁊ iusticiā iusti aufertis ab eo. Se-
cundo fit ex certa scientia. Multi em̄ bene
sciunt causam esse iniustam ꝓ qua aduocāt
sed vel ex carnali affectiōe aut amicitie co-
pulatione scienter in tali causa patrocinū
prestant. Qui iuste iram dñi merent. iuxta
illud. j. Paralip. xix. Impio prebes auxiliū
et his qui oderunt dominū: amicitia iūge-
ris. Idcirco irā dñi merebaris. Tertio ex
quadā inani gloria. Multi em̄ cupientes vi
deri piti in iure: ⁊ famosi hīt in ppō iniu-
stam cām defendendā assumūt non curant
damnū alteri⁹ ptis. Tales tenent restitue
re totū damnū q̄ altera ps incurrit ꝓpter
eoꝝ auxiliū. Si ꝙo facerent ex ignorantia
essent aliq̄ mō excusandi: sed q; faciunt ex
auaricia aut suꝑbia vēdūt diabolo linguā
suā ⁊ sūr aīam. De quibus frequēter visuz
est q; in extremis tam voce q̄z lingua priuā-
tur. Cui⁹ rō est? q; nō est iustū q; aliq̄s ven-
dat alteri aliquid: ⁊ idem retineat sibi. Isti
aduocati iniusti suā vocē ⁊ facundiā aliis
vendiderūt falsē allegando contra cōscien-
tiam defendēdo: malicioſe obijciēdo ⁊ cau-
teloſe suggerēdo. Ideo iustū est q̄ in sum-
ma necessitate indigent voce q; ea priuent
Unde Isido. in quadam epla ait. Uidi in-
quit morbū incurabilē ad quem curandus
non inueniebat medicus. sed nunq; inuent
causam adeo deperditā quin ad eā tuendā
inueniret aduocatus. Isti peiores sunt q̄

A meretrices que vendūt vilissimā partē sui corporis. isti ꝟo honestissimā. s. linguam ⁊ os. Tales assimilant̄ lingue: que est in statera: que semꝑ ad minimū pōdus facit motum: ⁊ se inclinat ad partē grauiorem. Ita isti qualitercūq; sit de ꝟitate ad illam partem inclinant̄ q̄ in dādo pecuniā est magis ponderosa. Et de quolibet tali dicit̄ in ps̄. Mendaces filij hoim in stateris ⁊c̄. Etiaꝫ comparari possunt illis cherubin: qui tenet flāmeū gladiū: atq; versatilē ad impediendum reditū hominis in paradisum. Gene. iij. Reuera isti aduocati mali habēt flammeū gladiū q; lingua eoꝝ gladius acut⁹: ⁊ est valde versatilis: q; defacili verti pōt cōtra veritatē: ⁊ ꝑ ꝟitate. Cherubin em̄ int̄pretat̄ plenitudo scie: q; isti dicunt̄ sapientissimi apd̄ vulgares ad custodienduꝫ ligni vite viam. s. ne aliquis accedat ad christum qui est lignū vite: q; ipsi falsa ꝓcurāt: matrimonia disiungunt: eccl̄ias spoliāt: innocētes excōicant: symoniacos defendunt. Vñ quidā vidit Neronem in spū apud inferos B balneantē: ministri ꝟo vndiq; aurum buliens in os eius ⁊ circa eū infundebāt. Cūq; ꝟo vidisset vnam cohortē aduocatorū clamabat dicens. O venale genus hominum aduocati amici mei accedite huc et balneamini in vase isto: adhuc locus superest quē ꝑ vobis seruaui. Tales em̄ deberēt esse sicut stelle fixe cū motu firmamenti. i. veritatis. Vñ ꝓuer. xxj. Labiū veritatis firmum est imperpetuuꝫ. Sed certe ꝑ maiori parte hoīs inueniunt̄ erratice: q; mouent̄ duplici motu. s. cōtra veritatē ꝓpter munera: et qñq; cū veritate ducti ꝯscia. ¶ Dubitatur vtrū clericus potest esse aduocatus? Rñ. ꝙ hoc pōt fieri dupliciter. Aut coram iudice secl̄ari: ⁊ sic nullo mō licet: q; dicit̄ extra de postu. c. Clerici in subdiaconatu ⁊ supra corā seculari iudice aduocati fieri nō presumant. dicit̄ ibidem. Clericus si fecerit contra eccl̄iam in qua est beneficiat⁹ est tanq̄ ingratus beneficio spoliādus. Sed hoc verum est nisi ꝓpriam causam vel eorū eccl̄ie ꝓsequant̄: aut tale officiū assumant ꝑ miserabilibus ꝑsonis. Secūdo hoc fieri pōt coram spūali iudice: ⁊ sic pōt esse aduocatus q; est officiū pietatis. De quo Job se commendabat di. scꝫ. c. xxix. Pater eram pauperum: ⁊ causam quā nesciebam diligentissime inuestigabā. Cōterebā molas iniq̄: et de dentib⁹ illius auferebā predā. Et sic potest fieri sine pctō seruatis quattuor cōditionibus. Primo ꝙ diuinū officiū cui deseruit ꝑ talem aduocationē nullo mō impediatur. Scd̄o qñ talis aduocatio fiat sine lite ⁊ clamore et nimio ardore tꝑalis lucri exerceat̄. Tertio ꝙ nullū negociū seculare in tali aduocatiōe assumat̄. Quarto ꝙ de licētia suꝑioris tale officiū exerceat̄. Hec Aug. de anchona in summa de ecclesiastica ptāte. q. cxj. ar. j. Scd̄o dubitat̄ vtꝝ oēs laici indifferent̄ absq; pctō ad officiū aduocationis possunt admitti? Rñ. ibidem ar. ij. ꝙ aduocati debent in se habere quinq;. Primo debent habere in intellectu scientiam: ⁊ ergo pueri stulti ⁊ furiosi repelluntur ab aduocatione: quia constat eos scientia ⁊ cognitione carere. Secundo vt habeant in affectu constantiam. Et ergo mulieres sicut non admittuntur ad predicationē: sic non debent admitti ad inuocandum. Magis em̄ ex ipsarum colloquio habēt prouocare ad luxuriam q̄ ad iusticiā. Tertio debent in allegatione habere eloquentiā: ⁊ sic surdi ⁊ muti arcentur ab aduocatione. Quarto in responsitione clementiam: ⁊ sic precio pugnantes cum bestijs vel infames seu criminosi ab aduocatione repelluntur. Quinto in executione liberam sententiā. sic serui qui habent dñm ⁊ nō sunt sui iuris ad aduocationē non admittunt̄. Nam propter scientiam aduocati non decipiūtur ꝓpter constantiam non peruertunt̄: ꝓpter eloquentiā non ꝯfundūtur: propter clemētiam non irascuntur: propter liberam sententiam non repelluntur.

¶ Non falsum testimoniū dices.

Secundo peccant contra illud preceptum mendaces seu mendacium proferentes quod patet per diffinitionē mendacij, quā ponit mgr̄ sentē. lib. iij. dist. xviij. ex verbis btī Augu. ⁊ ponit̄. xxij. q. ij. §. ille ergo dicit ꝙ mendaciuꝫ est falsa significatio vocis cum intentione fallendi. s̄m qd̄ dicit. b. Augu. xv. li. de trinita. Verbum quod foris sonat est signum verbi qd̄

intus latet: ⁊ etiã ipsius rei exterius existẽtis. Habet ergo verbum triplicẽ comparationẽ. ſ. vnã ad rem ſignificatam et aliam ad proferentem. tertiam ad audientẽ. Nã ad rem ſignificatã hanc comparationẽ habet, vt rem ſicut vere eſt ſic vere ſignificare valeamus. Ad proferentem ꝙo habet hanc comparationem, vt affectum noſtrũ et cõceptũ vere ſicut eſt, alteri exprimam⁹. Sed ad audientẽ ſic compatur vt mentem eius per ſigna ad veritatem cognitionis excitemus. Omnis autem mentiens iſta triplici vtilitate verbum ſuum priuare intendit. Nam intendit ſignificare rem aliter quam ſit: ⁊ exprimere eius contrariũ quod in animo ſentit: ⁊ ad falſum excitare animã eius qui audit: ſed non põt verbum hominis carere vera rei ſignificatione: et loquentis vera expreſſione: ⁊ audientis vera informatione abſq; peccato. Cum apoſtolus dicat. Loquimini veritatem vnuſquiſq; cum proximo ſuo quoniã ſumus inuicem membra. Ideo dicit magiſter ſentẽ. vbi ſupra. Verba eĩm non ſunt inſtituta vt homines p ea ſibiinuicẽ fallãt. ſed vt homines per ea in alterius noticiã ſuas cogitatiões ferãt. Verbis ergo vti ad fallaciam: non ad quod ſunt inſtituta peccatum eſt. hec ille. Ergo dicit mentiri q̃ſi contra mentẽ ire. Sed aliter eſt de illo qui dicit falſum qõ putat verum ⁊ iſte nõ mentit. Ideo dicit magiſter ibidem. Nemo ſane mentis iudicandus eſt qui dicit falſum quod putat verum: q⁹ quantũ in ipo eſt nõ fallit ipſe ſed fallit. Et econtrario ille mentitur quantũ eſt in ipo qui dicit verũ qõ putat falſum. Vtrũ eĩm ad animũ ei⁹ attinet: q⁹ hoc nõ dicit qõ ſentit: q̃uis verũ nõ inueniatur qõ dicit. Nec vllo modo liber eſt a mendacio: qui ore neſciens verum loquit. Hec Auguſti. ⁊ ponunt eius verba. xxij. q. ij. c. is aũt. Illud aũt mẽdaciũ fit ſpecialiter quinq; modis. ſ. veritatem ſubticendo Cum ore mendaciũ pferendo. Cum deſiderio audiendo. Aut mendaciũ ſcribendo. Aut mendacium defendendo. De primo dicit extra de crimine falſi. c. j. vterq; re⁹ eſt: ⁊ qui veritatem occultat ⁊ qui mendacium dicit, qõ intelligit de teſte in iudicio requiſito. vt ptz. xj. q. iij. c. quiſquis metu cuiuſlibet poteſtatis veritatẽ occultat traz dei ſuper ſe ꝙocat: quia magis timet hominem q̃ deum. Et poſt pauca. Uterq; reus eſt ⁊ qui veritatem occultat ⁊ qui mendacium dicit: quia ille pdeſſe nõ vult: ⁊ iſte nocere deſiderat. Hec ibi. Quod poteſt fieri tribus modis ſm Hylariũ ſup Matth. Primo humana timiditate. Unde dicit gloſa ſuper illo verbo. Non abſcõdi miſericordiam tuam ⁊ veritatẽ tuam a conſilio multo. Et q̃ ꝓpter multos cõſiliantes ⁊ timorem incutientes veritas tacenda non eſt. exemplo apoſtolor: quibus phibuerũt iudei ne amplius loquerent in noĩe illo. Rñderũt. Magis oportet obediri deo q̃ hoibus. Scdo q̃ nõ fiat pecunie auiditate ſic cuſtodes veritatẽ reſurrectiõis celauerũt auiditate pecunie. Sup quo Hilari⁹ dicit q̃ reſurrectionis ſilentiũ emitur ⁊ mendacium furti argẽto cõparat: qñ cupiditate pecunie ⁊ honore ſeculi veritas denegatur. Tertio nõ diuine glie taciturnitate. Nõ dicere veritatez qñ quis tenetur eam dicere redundat in derogationẽ dei: q⁹ deus veritas eſt. vñ dixit Joſue ad Achor vt patet Joſue. vij. Da fili gloriam deo ⁊ cõfitere veritatẽ. De his tribus dr. iij. q. ij. c. accuſatores. q̃ tria ſolent impedire veritatem. videlicet carnalis amor timor atq; auaricia. Dubitat vtrũ predicatores ſine peccato põt tacere ſcelera ppli. Rñdit Augu. de anchona in ſumma de eccl'ia. ptãte. q. cvij. ar. iiij. q̃ p̃dicatorẽ quedã ꝓponunt tanq̃ credenda, quedaz ꝙo tanq̃ obſeruanda et opanda. quedam ſicut corrigenda. ⁊ q̃dam ſunt ad informationem bonorum morum. Falſitates ergo ⁊ errores que opponuntur credibilibus ⁊ his que ſunt de integritate fidei ⁊ ſacre ſcripture predicator tacere non debet. Tranſgreſſiones eĩm diuinor ꝓceptor eodẽ mõ tacenda vel nõ pronũcianda eſſe petã damnoſa peſtis eſt. In perſona talium ſcribit Treno. j. Prophete tui viderunt tibi falſa: ⁊ nõ aperiebant iniquitatem tuam. Ideo dicitur extra de reg. iuris. Utilius ſcandalũ naſci permittit q̃ veritas relinquatur. Et loquit ibi de veritate vite et iuſticie: non doctrine. Sed ũ

la q̄ sunt contra bonoꝝ moꝝ informationē
A corrigenda propter vitationē: quādoq̄ ma
ioris mali: ⁊ ne auditores qñq̄ peiores fi-
ant sunt dissimulanda. Ideo dicit Grego.
⁊ ponūtur eius verba di. Aliqui suo inge-
nio relinquēdi sunt: ne forte peiores fiant
si a tali consuetudine prohibeantur. Ideo
ꝓpheta dicit. Silui a bonis. Et sequit̄. Et
dolor meꝰ renouatꝰ est. Idez ptz in. c. xxij.
q. ij. cuz ergo. Scd̄o mō hz fieri mendaciū
proferendo. de quo Eccl̄i. vij. Noli amare
mendaciū. Et post in eodem. Noli mentiri
omne mendaciū. Illud vicium est maxime
fugiendum: quia est demonis imitatiuum.
Est falsitatis significatiuum.
Est anime intoxicatiuum.
Est fidei exclusiuum.
Est prauitatis excessiuum.
Est anime humane damnatiuum.
¶ Primo est demonis imitatiuū: q̄a de dia
bolo legitur Joan. viij. Mendax est ⁊ pa-
ter eius: q̄a ipse fuit primus mēdax quādo
dixit p̄mis parētibꝰ. Nequaq̄ moriemini:
B sed eritis sicut dij scientes bonum ⁊ malū.
Tales mēdosi sunt diaboli imitatores qui-
bus merito dicere possemus illud Joan.
viij. Uos ex patre diabolo estis: et deside-
ria patris vestri vultis implere. Sunt em̄
moraliter loquendo adinuicem commixta
duo regna. s. regnum christi ⁊ regnū diabo
li. Sicut ista differunt in legibus: sic diffe-
runt in idiomate. Nam idioma regni cele-
stis est veritas. dicente Psalm̄. Domine in
celo misc̄dia tua ⁊ veritas tua vsq̄ ad nu-
bes. Idioma ꝟo regni terrestris quod est
regnum diaboli est falsitas. Unde Ozee.
iiij. Non est veritas: non est misericordia:
non est scientia dei in terra: sed maledictū
homicidium: mendacium: furtum ⁊ adulte
rium inundauerunt. Si ergo homo velit
perpendere ad quod regnum pertineat:
videat cui regno in idiomate concordat.
Nam qui gallicum loquitur gallicus est:
qui teutonicū teutonicus est: quia sic argu
ebant contra Petrū ꝙ esset galileꝰ. Math̄.
xxviij. Uere ⁊ tu ex illis es. Nam ⁊ loque-
la tua manifestum te facit. Narratur in hi-
storijs ꝙ cuz Guilhelmus dux normandie
regnum anglie acq̄siuisset: deliberauit quō
saxonicam linguam posset destruere ⁊ an- C
gliam ⁊ normandiam in idiomate concor-
dare ⁊ ordinauit ꝙ nullus in curia regis
placitaret nisi in gallico: ⁊ iterum quilibet
puer ponendus ad litteras addiscendum
addisceret gallicū ⁊ post gallicum latinuz.
Isto modo moraliter princeps huius mun
di diabolus est. vt patet Joānis. xvj. Prin
ceps huius mundi iam iudicatus est: ideo-
ma suum ꝓprium est mendacium ⁊ falsitas
vtz Joan. viij. Cum loquitur mendacium
ex proprijs loquitur. Ut igitur concordet
mundum cum prouincia infernali in ideo-
mate suo ⁊ destruat ideoma christi q̄d est
veritas: ordinauit ꝙ om̄ia secularia in cō-
uentionibus ⁊ mercationibus vtant̄ men-
dacijs ⁊ hoc in palacio regis: quia faciunt
de domo dei spelūcam latronum. Etenim
puer docendus primo addiscit gallicum:
id est primo cuz seculo applicatur addiscit
mēdacium. ¶ Secūdo mēdacium est falsi-
tatis significatiuū: q̄d patet ꝑ diffinitionē
mendacij: quia mēdacium est falsa signifi-
catio vocis cum intentione fallendi: ⁊ si-
gnū est ꝙ est falsus homo qui mendax est. D
Ideo dicit̄ Eccl̄i. xx. Lapsus false lingue
quasi in pauimēto cadit. Ideo dicit Arist.
in ethicis. ꝙ plus peccat qui falsificat ser-
monē q̄ monetam. Ideo quantum preua-
let denarius bonus denario falso: tantum
preualet hō verax homini falso: sed vnus
bonus denarius valet centum falsos. Sic
vnus verax homo valet centum menda-
ces. Quis est em̄ qui non vellet habere bo-
nos denarios pro falsis denarijs: sed de se
ipsis non dolent quando se miseri inueni-
unt falsos. Dubitatur vtrum omne menda
cium sit peccatum. Respondet Augustinus
in lib. de mendacio: ⁊ ponuntur eiꝰ verba.
xxij. q. ij. c. j. in fine. Quisquis autez inquit
aliquod genus mendacij putauerit ꝙ pec-
catum non sit decipit seipsum turpiter. Et
infra in. c. Mihi autem absurdum nō esse
videtur omne quidem mēdacium esse pec-
catum. Ideo dicit Aristote. in. iiij. Ethico.
s̄m semetipsum autem mēdacium prauum
⁊ fugiendum est: verum autem ⁊ bonum
laudabile. Ideo dicit sanctus Tho. secūda
scd̄e. q. cx. Item Eccl̄i. vii. Noli velle men-

E tiri omne mendacium. Quare? quia malum est ꝙ aliquis significet voce: id quod non habet mente. Secūdo dubitaꝛ qñ est mortale ⁊ quando veniale. Respondetur ꝙ triplex est mendaciū. s. ꝑniciosum. i. dānabile: officiosum. i. vtile ⁊ iocosum quod dicitur in ioco vel sociali modo: non respectu cuiuscunqꝫ rei sed respectu rei iocose. Dicit. s. Tho. vbi supra in. iij. senten. ꝙ solū mendaciū ꝑniciosum est pctm̄ mortale: qꝛ cōtrariatur charitati dei ⁊ ꝓximi. Sed officiosum ⁊ iocosum ſm se sunt venalia. Sed Aug. in lib. mendacioꝝ (⁊ ponuntur eius verba. xxij. q. ij. c. primum) ponit octo genera mendacioꝝ: ⁊ tanto maius est peccatū: quāto magꝫ appropinquat ad primū ⁊ tāto minꝰ est pctm̄ quāto magis recedit a primo. Primū est capitale mendacium: ⁊ longe fugiendū: qđ fit in doctrina religionis. Glosa dicit ibidem. vt si quis diceret chr̄m nō esse passum: sicut q̄dā stulti faciūt vt videātur sapiētes: loquunt̄ cōtra articulos fidei. Cōtra quos dicit̄ Job. xiij. Nunquid deus indiget vestro mēdacio? Secūdum est vt cū q̄s aliuꝫ ledit iniuste quod tale est vt nulli ꝓsit ⁊ obsit alicui: quod fit cū q̄s detrahit alicui sancto viro: ⁊ hec detractio nulli ꝓdest: aut mēdacium falsi testis. Ista sunt mortalia pctā qꝛ sunt ꝯtra charitatē ꝓximi. Tertiuꝫ est qđ ꝓsit alicui ita vt obsit alteri: vt mendacium testis in causa pecuniaria. vt si quis dicat aliquem debere alicui decem solidos damnum est danti ⁊ proficuum recipienti. Hoc est mortale peccatum: quia est contra charitatem dei. Quartum est quod fit solum mētiendi fallendiqꝫ cupiditate: ⁊ hoc est mendacium sicut faciūt adulatores ad hoc vt placeant. Quintū est qđ fit placēdi cupiditate de suaui eloquio: his om̄ibus penitus euitatis atqꝫ reiectis sequit̄ sextū genꝰ quod nulli obest ⁊ ꝓdest alicui: veluti si quispiam pecuniam alicuius iniuste tollendā sciēs vbi sit nescire se mentitur: ⁊ hoc est veniale sicut ⁊ sequentia vt dicit glo. ibidem. Septimum est qđ nulli obest ⁊ prodest alicui: velut si volens ad mortem quesitū hominem perdere mentiatur. Et hoc non differt a sexto nisi in subiectione exempli. Octauuꝫ est qđ nulli obest: ⁊ ad hoc ꝓdest vt ab immūditia corꝑali aliquem tueat̄: vt si volenti cōcūbere cū soluta dicā eā esse cōiugatā. Sed si om̄e mendaciū est peccatū mortale quid tunc dicendū est de sanctis patribus qui tamē mentiti fuerūt. s. Abraam qui dixit regi abimelech: ꝙ sara esset soror sua. vt patet Gene. xx. Jacob dixit ad patrē suū. Ego sum primogenitus tuus Esau. Gene. xxv. Et iudith mentita est: qñ dixit ad holofernē se fugere a facie hebreoruꝫ quia nouerat eos dandos assyrijs in precationem ⁊ c̄. Item apl̄s videt̄ mentitus fuisse quando dixit. Nesciebaꝫ eū fuisse principē sacerdotum. Item nullū mendaciū remuneraꝛ: sed mendaciū meretricū fuit remuneratū. vt patet Exo. j. Quia dicit̄ ibidē ꝙ deꝰ edificauit eis domos terreas. respōdit Nicol. de lyra super Gene. c. xxv. dicens. Non videtur mihi magna necessitas excusandi patres veteris testamēti a mēdacio: ⁊ maxime officioso: q̄a certuꝫ est ꝙ apl̄i fuerunt multo ꝑfectiores eis: ⁊ tñ non fuerunt immunes a peccato veniali. Ideo dicit Joānes in canonica. j. Si dixerimus ꝙ peccatum non habemus nosmetipsos seducimus: ⁊ veritas in nobis non est. Multominus patres veteris testamenti fuerunt immunes a peccato veniali. Etiaꝫ plures eoꝝ leguntur peccasse mortaliter: sicut dauid in adulterio ⁊ homicidio. Et etiam patriarche ex odio ⁊ inuidia vendiderunt ioseph: quia accusabat eos apud patrem crimine pessimo. Sed Augustinus excusat Abraam: ⁊ ponuntur eius verba. xxij. q. ij. ca. Queritur. Ueritatem inquit voluit celari: non mēdaciū dici. Soror em̄ eius dicitur quia filia patris sui erat. Ideo excusabat se de mendacio. Gen̄. xx. dicēs. Soror mea est filia patrꝫ mei ⁊ nō matris mee quia ipsa erat filia aram fratris sui: ⁊ sic ꝑ consequens etiā iuste dicebatur filia Thare qui fuit pater Abrae: q̄a filij filioꝝ dicūtur filij auoꝝ. Sic licite pōt quis veritatē prudēter celare sub aliqua dissimulatione ⁊ non mendaciū dicere oportet. Et Jacob excusat ibidē Aug. vbi supra. dicens. ꝙ iacob dicendo se esse esau primogenitum nō est mentitus: non em̄ dixit se primogenituꝫ

A nascendo: sed ius primogeniture illo vidē-
te rite adeundo. Sic ⁊ chr̄s Joannē dixit
helyam esse: nō in persona sed imitatione
virtutis. Erat ergo iacob esau non nascen
do sed emptione primogenitoꝝ in primo-
genitum transeūdo. De Judith respondit
Tho. dicens ꝙ verba eius aliquā veritatē
habent figulariter ⁊ ꝓphetice ⁊ ſm intel-
lectum mysticum. Uel potest dici ꝙ laudat̄
Judith non quia mentita est holoferni sed
ꝓpter affectum quem habuit ad salutē po-
puli ꝑ quo periculis se exposuit. Sic etiam
excusat̄ Paulus qui ꝓphetice loquebatur
dicens. Nesciebam te principem sacerdo-
tum: id est scio sacerdotium iudeoꝝ esse re-
probatum a deo. Sic etiam mēdacium ob-
stetricū potest considerari quo ad effectum
beniuolentie in iudeos ⁊ quātum ad reue-
rentiam diuini timoris. Et sic debetur eis
remuneratio temporalis: q̄a scriptuz est ꝙ
deus edificauit eis domos: id est dedit eis
bona temporalia. Alio modo consideratur
quātum ad effectū exteriorē mēdacij: ⁊ sic
B nō fuit remuneratū. Huic cōcordat Tho-
mas scd̄a scd̄e. q. cx. ar. iij. Ex his em̄ patz
ꝙ mēdaciū semp est pctm̄ aut mortale aut
veniale. Dicit tn̄ glo. sup illud. cap̄. ne quis
arbitret̄. xxij. q. ij. ꝙ mēdacium malignita-
tis est omnibus mortale. Jocositatis vbi
nemo leditur non est mortale pctm̄. Beni-
gnitatis siue pietatis quod fit pro salute ali
cuius. de illo d̄r ꝙ mortale est perfectis: ve
niale imperfectis. ¶ Tertio mendaciuz est
anime intoxicatiuū. Sapi. j. Os quod mē-
tit̄ occidit animā. Ideo est quasi quoddam
venenū animam intoxicās. Mirum est ꝙ
miseri hoīes non timent qn̄ illud venenum
in ore sentiunt: cū hoc sit peius q̄ venenuz
materiale qd̄ occidit corp⁹. Sed per illud
anīa que est nobilior omni corpore. In cu-
ius signum quando diabolus voluit menti-
ri: ⁊ hoīem occidere ī corpore ⁊ anima: ap-
paruit in figura venenosi aīalis: scz serpen
tis: qr omnis mēdosus venenū diaboli ha-
bet in lingua intoxicans hoīem in anima
⁊ aliquando etiā in corpore. Cuius exēplū
legit̄ in vita sancti Juliani: ꝙ fuit quidam
Julianus noīe: frater beati Julij. Hi duo
fratres ad beatū Theodosiū imperatorez
chr̄ianissimum venerunt petentes vt tēpla C
idoloꝝ vbicunqz inuenirent destruerent:
⁊ tēpla christi edificarēt. Qd̄ imperator li-
benter faciens scripsit vt omnes debeant
eis obedire: ⁊ eos in omnibus sub pena ca
pitis adiuuare. Cūqz beat⁹ Julianus ⁊ iu
lius in loco qui dicit̄ Gaudianū: ecclesiam
fabricarent: ⁊ cūcti transeūtes eos in ope
ob ipsius imperatoris imperiū adiuuarēt.
Contigit ꝙ q̄dam cum carro inde transitū
facerent. Qui dixeruut adinuicē. Quā ex-
cusationem pretēdere poterimus vt liberi
transeam⁹: ⁊ in illo opere nō occupemur?
Dixeruntqz. Uenite: ꝓijciamus vnū ex no-
bis in plaustrū supinū: ⁊ cū pannis coope-
riamus eū. Dicemusqz ꝙ hominem mortu-
um in vehiculo habemus: ⁊ sic libere tran-
sire poterimus. Arripientes hominē viuū
in plaustris proiecerunt: eiqz dixerunt. Tu
sile ⁊ oculos claude: ⁊ quousqz transierim⁹
quasi mortu⁹ iaceas. Cū aūt hominem tā-
q̄ mortuum cooperuissent: ⁊ vsqz ad famu
los dei Julianū ⁊ iuliū venissent: dixerūt
eis ſui dei. Filioli parūper subsistite ⁊ nos
in opere hoc iuuate. Qui dixerunt ei. Nō D
possumus hic stare: qm̄ hominē mortuū in
plaustro habem⁹. Quib⁹ sanct⁹ Julianus
⁊ Julius dixerūt. Quid ita mētimini filio
li mei. Et illi. Non mētimur domini: sed sic
est vt loq̄mur. Sanct⁹ Julianus dixit: ſm
veritatē dei vestri ita vobis contingat. Et
illi boues pungentes ꝑtrāsierūt. Cūqz ꝓ-
F que ad inuestigandum scientias speculatiuas primo vacare dimissa est: de publico alimoniam recipiebant. vtz. j. Metaphy. ⁊ Gene. xlvij. ⁊ ponit extra de emu. eccle. c. non minus. Sic ergo ptz q tam prelatis q̃ clericis ⁊ etiã religiosis est beatius hoc mõ recipe q̃ laicis erogare. Tertio videndũ est de tẽporaliũ reꝝ ꝓprietate. De quibus est elemosyna facienda. Quia de illicitis acquisitis nõ debet fieri elemosyna. Quod ꝓbat decretũ. xiiij. q. iiij. c. quid dicam. Probans per illud: q qui offert elemosynã de rapina pauperũ victimat filiuz in conspectu pr̃is: vt dicit ꝓpha. Et per illud Prouerbi. iij. Honora dñm de tuis iustis laboribus. Et Deute. xxiij. Non accipies mercedẽ ꝓstibuli: q̃a illicite acq̃sita non sunt de bonis nostris. vtz in. c. q̃d dicã. vbi supra. Hic dicũt aliq̃ si in acq̃sitione taliuz nõ transfert dominiũ: tũc non debet de talibus elyna fieri: sicut ptz extra d̃ vsurꝫ. c. debitoris. ⁊ de simonia. c. veniens. Sed si transfert dominiũ tunc de talibus põt fieri elemosyna sicut de meretrice: qm̃ illud non põt repeti. Recitat Martinus in chronica sua q circa annũ dñi. M. vij. Benedictus papa octauus fuit visus a quodã ep̃o in equo nigro post mortem eius dicens ei. Nõne tu es benedictus papa: quẽ iam defunctum nouimus? Ego sum ille inquit infelix benedict⁹. Et quomodo inquit tibi est pater? Grauiter inquit torqueor: sed de dei misc̃dia non despero si mihi adiutoriũ prebeat. Uade inquit ad successorem meum ioannem papam ⁊ dic ei: vt in tali techa summã pecunie accipiẽs pauperibus distribuat: quia quicq̃d antea ꝓ me datũ fuit pauperibus: nihil mihi ꝓfuit: quia de rapinis fuit. Q̃d ep̃s fideliter expleuit ⁊ ep̃atui cedens monasterium intrauit. ¶ Quarto est dicendum de elemosynarum vtilitate. Prima vtilitas est: q̃r resistit peccatis Eccl̃i. iij. Ignẽ ardentẽ extinguit aqua: ⁊ elemosyna resistit peccatis. Secũdo deum placat Prouer. xxxj. Munus absconditum extinguit iras: ⁊ donũ in sinu indignationẽ maximã. Tertio bona tꝑalia multiplicat Luce. vj. Date ⁊ dabit vobis. Prouerbio. xij. Alij diuidunt propria: ⁊ ditiores sunt. Alij rapiũt nõ sua: ⁊ semꝑ in egestate sunt. Cuius exẽplũ ptz. iij. Reg. xvij. de vidua que

H heliã pauit: ⁊ farina ⁊ oleũ ei nõ defecerũt Quarto q̃ petit a deo illa impetrat. Eccl̃i. xix. Conclude elynã in sinu paupis: ⁊ hec orabit ꝓ te. Itẽ Esa. lviij. Frange esurienti panẽ tuũ ⁊c̃. tunc inuocabis ⁊ dñs exaudiet te: quia misericors est dñs deus tuus. Quinto ab omnibus benedici facit. vt ptz Prouer. xxij. q̃ ꝓnus est ad misericordiã benedicet. Sexto morienti societatem facit. Unde Ambro. non sunt bona hominis que secuz ferre nõ põt: sola misericordia comes est defunctorũ. Septimo animas in infernũ intrare nõ ꝑmittũt. Iõ dicit Thob. xij. Non permittit aĩas ire in tenebras. Octauo vitam eternam meret. Math. xxv. Uenite benedicti pr̃is mei ꝑcipite regnuz ⁊c̃. Sequitur ibidem. Esuriui ⁊ dedistis mihi manducare. Sitiui et dedistis mihi bibere ⁊c̃. Sed non dantib⁹ fiũt oĩa iam dicta in cõtrariũ. Nã peccatis non resistunt: deũ non placant. Ideo d̃r. xvj. q. i. ca. Reuertimini q plerunq; ex dei ira inuidus fame ⁊ penuria punit: qñ pauperib⁹ elyna subtrahitur. Itẽ i bonis tꝑalibus depauperant.

A Cuius exēplū ponit Cesarius dist. iiij. de quodā admiranti monasterium ditissimuz fuisse depauperatū. Respōdit q̄dā frater illi: dicens ꝙ in monasterio illo fuerunt duo fratres. Et vn⁹ vocabat̄ date: ⁊ ali⁹ vocabatur dabitur vobis. Sed cum illū fratrez qui date vocabat̄ expulistꝫ de monasterio tūc alius. s. dabit̄ vobis noluit manere vobiscum. Itez que petit a deo minime impetrat. Itē ab omnib⁹ maledict⁹ erit. Insup ad eternā dānationē vadit. vt ptz Math. xxv. Ite maledicti in ignem eternū. Sequitur. Esuriui ⁊ non dedistis mihi manducare. Nota exempla in. ij. li. dialo. ⁊ de diuite epulone. vt patet Luce. xvj.

¶ Non concupisces rem alienam.

Tertio peccant cōtra illud preceptū. Non concupisces rem ꝓximi tui: scz auare eam contra iusticiā retinēdo quā tenentur ꝓximo restituere: vt sunt fures: raptores: vsurarij: simoniaci ⁊ taxillatores ⁊ falsi mercatores. Ad hoc mouentur primo ex lege naturali. Math. vij. vbi dicit̄. Que vultis vt faciant vobis hoīes ⁊
B vos eadē facite. Sed quilibet vellet sibi restitui rem suam diu detentā. Ergo tu teneris idem facere. Item Thobie. iiij. Que tibi odis ab alio fieri: tu ipse alteri ne feceris. Sed quilibet odit rem suam ab alio teneri cōtra suā voluntatem. Scd̄o ad hoc mouent̄ ex lege mosayca. vtz Exodi. xxij. vbi d̄r. Si quis furatus fuerit vnum bouē: quinqꝫ boues restituet pro vno: si ouē: quatuor oues restituet. Sup q̄ dicit Nicolaus de ly. Quare q̄nqꝫ boues ꝓ vno tenebatur fur restituere ⁊ quatuor oues pro vna oue restituet. Rn̄dit dicens ꝙ aliq̄ pctā puniūtur grauius: nō solum ꝓpter maiorē peccati grauitatē: sed ꝓpter pronitatem reprimēdā: ne hoīes ad talia se nimis laxent. Res aūt q̄ in domo custodiunt̄ vt aurum ⁊ argētum: nō ita de facili possunt furto subtrahi sicut oues q̄ pascunt̄ in campis: q̄a accipiēdi facilitas rem alienam: inducit ad cōmissionē furti. Ideo ꝓ furto ouis inducuntur quattuor restituende: qr facilius furto subtrahunt̄ q̄ꝫ alie res q̄ custodiunt̄ in domo. Et quinqꝫ boues pro vno: quia adhuc difficilius custodiuntur: quia nō ita gregatim ⁊ simul se tenent in pastu sicut oues. Hec Nicolaus de lyra. Tertio adhuc mouent̄ C
ex lege euangelica. vt ptz Luce. xix. de zacheo qui dixit ad dominū. Ecce dimidium bonorū meorū domine do pauperibus ⁊ si quem defraudaui reddo quadruplum. Ait Jesus ad eum. Quia hodie salus huic domui facta est: eo ꝙ ⁊ ipe filius sit abrae ⁊c. Et propter hoc zacheus domino placuit: q̄a mala acq̄sita restituere ꝓposuit. Ideo in domo sua esse voluit: dicens ei. Hodie in domo tua oportet me manere: ⁊ ergo in domo illorū vbi sunt mala acquisita dominus non manebit: sed diabolus. Quarto ad hoc mouētur ex lege canonica. vt patet xiiij. q. vj. Si res aliena ꝓpter quam pctm̄ est reddi possit ⁊ non reddit̄: pnia nō agit̄ sed simulat̄. Si autē veraciter agit̄ non remittit̄ peccatū: nisi ablatū restituatur. hec Augusti. in epistola ad macedonium. Itez dicit̄ extra de regulis iuris li. vj. hoc idez. Quinto mouētur ad hoc per leges seculares. de quibus dicit̄. xij. q. ij. ca. cum deuotissima. vbi dicit Gregorius. In lege vulgari scz lumbarda sic scribitur. Si quis ma D
nu armata vsqꝫ ad quattuor homines in vicum alterius ad male faciendū venerit. Ille qui prior est pro illicita presumptione cōponat solidos nōgentos: sequaces eius vnusquisqꝫ solidos octoginta. Si vero incendium fecerit: in triplum componat. Si vero predaz in quadruplū restituat. Et infra. c. In legibus seculi tātum habetur qui rem surripit alienam: illi cui res direpta est in vndecuplum que sublata sunt sibi restituantur. Et infra. Si quis oblatiōes ecclesiasticas ⁊ quod deo cōsecratum est rapuerit vel consenserit facientibus: vt sacrilegus iudicetur ⁊ damnum in quadruplū restituat. Hec ibi. Et sic patet ꝙ restitutio in om̄i lege precipitur. ¶ Pro vlteriori declaratione ponam hic quattuor conclusiones. Prima conclusio qui rem alienam retinet inuito domino absqꝫ proposito restitutionis est semper in peccato mortali: tendens ad statum eterne damnationis. Probatur. Quicunqꝫ est iniustus est in peccato mortali: ⁊ per consequens tendit ad eternam damnationem. Sed habens rem alie

E nam sine ꝓposito restituẽdi est iniustus: ergo maior est vera. Minor patet quia talis non reddit vnicuiq; qđ suum est. Quia iustitia est ꝑpetua ⁊ cõstans volũtas reddẽs vnicuiq; qđ suũ est. vt dicit in institutis de iustitia ⁊ iure. l. j. Sicut ergo iustitia est ꝑclarissima virtutũ: vt vi. v. Ethi. Ita econtrario iniustitia est pessimũ vicium. Secũdo ꝓbat. Quicũq; peccat contra illud ꝑceptum dñi. Non furtũ facies ille est in pctõ mortali: sed habens rem alienã inuito domino cõmittit furtũ. Mi patet ꝙ diffinitionem furti que est cõtrectatio rei aliene inuito dño mobilis ⁊ lucri causa. vt patz. ff. de furtis. l. j. Ergo est fur ⁊ per cõsequẽs peccat mortalit. Ideo dicit Thob. ij. Videte ne furtiuus sit: ⁊ reddite euz dominis suis ꝙa non licet nobis comedere de furto aut contingere. Sequit primo corelarie ꝙ fures qui furant aliena ⁊ non habent ꝓpositum restituendi sunt in peccato mortali ꝙa furtum peccatum mortale est: non solũm in magnis sed etiaz in paruis. vt ptz per Hieron. xiiij. q. vj. c. Furtum aũt non solũ in maioribꝫ sed etiã in minoribꝫ iudicat. Non F em̃ qđ furto ablatũ est: sed mẽs furãtis attendit. Exẽplum ponit ibi de fornicatione siue mulier fuerit feda siue pulchra sp ẽ fornicatio. Videant ꝙ illi ꝙ furant poma vel pira vel caules de hortis ꝓximi: ꝙ sibi de hoc faciãt cõsciam: vt sctũs Augustinus fecit. vt patet in li. cõfessionũ. Est ergo semp peccatum mortale nisi in tribus casibus. Primo qm̃ iubente deo hoc faceret: sicut filij israel nõ peccauerũt qm̃ spoliauerũt egyptios in vasis aureis ⁊ argenteis. vt patet Exodi. xij. Secũdo quando fit in extrema necessitate: sicut apli nõ peccauerũt euellẽtes spicas. vt patet Mathꝫ. xij. quia i extrema necessitate oia sunt coia. vtz. xlvij. dist. c. sicut hij. Tertio qm̃ fit ex cautela vt si qs furioso furaret gladium ne sibi ⁊ alijs noceat: sz furia cessante teneat restituere. Secundi sunt raptores: qui grauius peccant cõ fures. vt ptz. xiiij. q. v. c. penale. vbi vi. Penale est occulte auferre multo maioris pene est visibiliter rapere: ꝙa ibi est maior violentia. Tales si non habent ꝓpositũ restituendi semper sunt in peccato mortali: ⁊ hoc est verũ si spoliauerit i bello iniusto. Sed casu posito ꝙ nihil habeat nisi de rapina vel furto: ⁊ si restituat compellit mendicare: ⁊ vxor ⁊ filij moriunt fame. Respõdit altisiodorensis in summa libro quarto dicens. Si ille qui tenet restituere non habeat alia bona cõ de rapina: faciliter põt induci ille cui debetur ad vandam dilationẽ aut remissionẽ. Tertij sunt rerum inuentores. de quibus. iiij. q. v. Si quid inueniſti ⁊ nõ restituisti rapuisti: quantũ potuisti fecisti. Sequit. Qui alienuz retinet: si posset etiã tolleret. Deus em̃ coz interrogat: non manum. Ibidem sequit in capto. Multi sine peccato putant esse si alienum retinent quod inuenerunt. Dicunt enim deus mihi dedit: cui habeo reddere. Discat ergo hoc pctm̃ esse simile rapine si quis inuenta non reddat. Si autẽ eo animo accepisti vt domino restituas: non cõmittis furtum. Hoc tamen in libello debes protestari. vt ptz. ff. de furtis. l. falsus. §. qui alienum. Sicut q̃ dam fecit de quo Augustinus in sermone ad heremitas dicit: ⁊ de quo habemus supra in ꝑcepto. Non furtum facies sermone iiij. Quarti sunt vsurarij: qui semper sunt in peccato mortali nisi restituant: qui sunt peiores cõ iudas qui tamen restituit. xxx. argenteos. Et illos punit ecclesia quadruplici pena. Primo excõmunicatiõe que est non parua pena. vt ptz. xj. q. iij. c. Omnis christianus qui a sacerdotibus excõmunicat sathane tradit. Secũda pena est communionis priuatio. Tertia est oblationis exclusio ⁊ sepulture priuatio: quia non debent in cimiterio sepeliri: vt patet extra de vsuris. c. q; in omnibus. Etiã nõ debẽt absolui nisi satisf faciãt vel cautionẽ faciãt de restitutiõe. vtz in. c. Qcũq;. libro. vj. Quinti sunt sacrilegi qui sunt spoliatores ecclesiarũ. De quo. xvij. q iiij. ca. Sacrilegium est quotiens quis aufert sacrũ de sacro. Cui9 pena patuit Daniel. v. Et de illa materia satis dictum est in septimo precepto. Sexti sunt falsi mercatores falsificantes sua mercata: ⁊ vendentes malum ꝙ bono. Cõtra quos dicit Esa. j. Argentum tuum versum est in scoriam: ⁊ vinum tuũ mixtũ est aqua ⁊ qui falsificant pondera ⁊ mensuras. Cõ

A tra quos dicit Deut. xxv. Non sit in domo tua pondus maius et minus: neq; maior et minor modius: vt longo tempore viuas. Contra illos etiam scribitur extra de emp. et venditione. c. vt mensura. Ubi dicitur. Si quis iustas mensuras et iusta pondera lucri causa mutare presumpserit. xxx. dies in pane et aqua peniteat. Et tales omnes tenentur ad restitutionem: ne contingat eis sicut cuidam apotecario. de quo vide in. vij. precepto de emptione et vendi. ¶ Septimi sunt taxillatores. Et de illis loquit lex. ff. de aleato. l. vltima. Et est constitutio greca que dicit. q vsq; ad. l. annos posset repeti q̄ ibi perdit Et hanc partem tenet glo. extra de vi. et ho. cleri. c. Clerici officia et comercia secularia non exerceant et maxime inhonesta et mimis ioculatoribus et hystrionibus non intendant et tabernas prorsus re. Hic dicunt Sanfredus et alij: q talis pecunia non debet reddi perdenti: sed distribui inter pauperes. Et hoc videt haberi ex Can. xiij. q. v. c. Non sane. Et est dictum Augustini: q
B illud quod datur iudici pro iudicando: licet iniuste det: tamen a dante non debet repeti sed in vsus pauperum distribui. Causa datur: quia turpitudo est vtrobiq; viciosa. Et ergo in penam dantis non redditur sibi. Ar. ad hoc. ff. de condi. ob tur. cau. Simile dicunt de ludo taxillorum. Illam opinionem tenent communiter omnes theologi et curia romana in foro contentioso. Si autem ludit cum illo qui non habet potestatem rem alienandi: vt sunt monachi filiusfamilias: tenetur restituere tutoribus suis aut monasterio. Si autem clericus perdiderit: restituendum est illi ecclesie in qua beneficiatus est. Iste autem ludus est vniuersaliter prohibitus: vt patet. xxxv. di. c. Epis. Ubi dicit. q episcopus presbyter aut dyaconus: alee aut ebrietati deseruiens: aut desinant aut damnetur. Sed subdyaconus aut acollitus. lector aut laycus excomunicentur. Hec ibi. Non solum ludentes sed etiam assidentes puniendi sunt. Idem extra de vita et honestate clericorum. c. Officia clerici. Ubi dicit. Clerici ad aleas et taxillos non ludant neq; huiusmodi intersint. In religione nostra est pena carceris. ¶ Octaui sunt qui retinent premium deseruitum. q̄ est peccatum in celum. C
Jacobi. v. Ideo Thobias docuit filium suum dicens. Si quis tibi aliquid operatus fuerit: statim reddes ei mercedem. Et merces mercennarij tui non manebit apud te vsq; mane. Item Leuit. xix. Non morabit opus mercenarij tui apud te vsq; mane. Ideo narrat Cesarius. Quidam conuersus quidam ordinis Cisterciensis: missus est ab abbate suo. Qui cum deberet transire quandam aquam et non haberet naulum promisit naute obulum transmittere. Qui cum postea mortuus esset et non misisset obulum nec confessus fuisset illam negligentiam quia vilipendebat: eo q parum esset. Postea obulum predictum ante oculos habebat qui tantum creuit q maior mundo videbatur. Et cum nihil aliud obsisteret ab ingressu celi eum impediens: ad beate virginis petitionem et omnium sanctorum anima reuertit ad corpus: et confessus est abbati obulus restituit: et sic mortuus est. Si ille non poterat habere introitum celi propter obulum vnum: quid tunc de illis fiet q̄ non obulum tm̄ obligant seruis et ancillis: sed sex aut octo florenos aut vltra. D
¶ Noni sunt qui contrahunt a primo: q̄ tamen minime intendunt psoluere: et tales tenent ad restitutionem si volunt saluari. ¶ Decimi sunt mechanici et artifices: q̄ fraudulenter laborant: vel qui nimium p salario recipiunt et faciunt illud in tribus diebus q̄ in vno aut in duobus pficere pnt: q̄ est contra legem nature. scz. Que tibi odis ab alio fieri: vide ne alteri feceris Thob. iiij. Correlarium primum. Quadiu homo est retentor rerum alienarum non est particeps bonorum ecclesie et indulgentiarum. Hoc patet ex conclusione precedente: q: est in peccato mortali. Quia committit furtum q̄ est pctm̄ mortale: vt ptz per diffinitionem furti superius posita que est contrectatio rei aliene mobilis: fraudulenta inuito domino re. vt patet. ff. de furtis. l. j. Ergo non potest esse particeps illorum bonorum ecclesie. De quo propheta dicit. Participem me fac deus omnium timentium te. O qt missas: quot orationes bonorum ieiuniorum: vigiliarum: castigationum et aliorum bonorum q̄ fiunt in tota ecclesia dei negligunt isti pessimi retentores rerum alienarum. Sic nec possunt

E esse participes indulgentiarũ: qꝛ ille dant̃ confessis ⁊ cõtritis. Sed isti non sunt contriti: qꝛ non intendũt reddere male acquisita: qđ requirit̃ ad veram cõtritionẽ. Correlariũ secundũ. Moriens in tali statu nõ solũ eterna vita est priuatus: sed ad penas infernales est ꝑpetue damnatus. Probat̃ ꝑ illud Luce. xvj. Qꝛ mortuus est diues ⁊ sepultus in inferno. Eleuans autẽ oculos suos cum esset in tormentis: vidit Abraam a longe ⁊ Lazarum in sinu eius: ⁊ ipse clamans dixit. Pater Abraam miserere mei ⁊ mitte Lazarum vt intingat extremũ digiti sui in aquam vt refrigeret linguam meam: qꝛ crucior in hac flamma. Et respondit illi Abram. Fili recordare quia recepisti bona ⁊c̃. Quia diues cum multis bonis iniustis ab hinc recessit: ideo dãnatus est. Insuper qui moritur in peccato mortali: est eternaliter damnatus. Sed tales semꝑ sunt in peccato mortali: si non habent ꝓpositum restituendi. Audiant illi indurati quid legit̃ in legenda sancti Laurentij. Quidam iudex Stephanus nomine rhome erat: qui libẽter munera accipiens: multoꝝ iudicia peruertebat. Hic tres domos eccl̃ie scti Laurentij ⁊ vnum hortum sancte Agnetis violenter abstulerat: ⁊ ablata iniuste possidebat. Accidit autẽ vt moreret̃: ⁊ ante iudicium duceret̃. Quẽ sanctus Laurẽtiꝰ cernens ad eum cum nimia indignatione accessit: ⁊ tribus vicibus brachiũ eiꝰ strinxit durissime ⁊ nimio dolore cruciauit. Sãcta ꝟo Agnes cum alijs virginibus in eum respicere noluit. Tunc iudex sup̃ eum sententiam ferens dixit. Quoniã aliena subtraxit ⁊ munera accipiens veritatẽ vendidit: in locum iude traditoris tradat̃. Sanctus ꝟo p̃iectus episcopus quẽ idem Stephanꝰ in vita sua dilexerat: ad beatũ Laurentiũ et sanctam Agnetẽ accedens pro eo veniã precabat̃. Illis ꝟo ⁊ beata virgine pro eo orantibus: concessum est vt eius anima ad corpus rediret: ⁊ ibidẽ triginta dies penitentiã ageret. Accepit insup̃ a beata virgine in mãdato: vt psalmũ Beati ĩmaculati ĩ via: singulis diebꝰ vite sue diceret. Cunqꝫ ad corpus redisset: brachiũ eius ita erat liuidũ ⁊ adustũ: acsi esset in corpore passus,

F

Qđ signũ in eo extitit q̃diu vixit. Male ergo ablata restituẽs: ⁊ pniam agens die tricesimo migrauit ad dñm. Aliud exempluꝫ et horribile huiꝰ rei ponit Cesariꝰ di. j. ca. xxxiiij. de Lodouico lãtgrauio hassie. Nota ibidẽ. Et nõ solum ille se dãnauit: sed etiam om̃es eius heredes: possidentes illam hereditatẽ malam. Secũda cõclusio. Restitutio reꝝ iniustarũ non est diu differẽda sed quãtocitius poterit est in effectu exeq̃nda. Hanc conclusionẽ sanctus Tho. secunda secũde. q. lxij. arti. viij. probat dicens. ꝙ tenent̃ statim restituere. Sic em̃ accipere rem alienã est peccatũ ⁊ cõtra iusticiã: ita etiã detinere eam: qꝛ ex hoc ꝙ aliquis retinet rem alienã inuito dño: impedit eum ab vsu rei sue: ⁊ sic facit ei iniuriã. Manifestũ est aũt ꝙ neqꝫ ꝑ modicũ tp̃s licet in peccato morari: sed quilibet tenetur peccatũ statim deserere: ꝟm illud Ecc̃i. xxj. Quasi a facie colubri fuge pctm̃. Ideo q̃libet tenet̃ statim restituere vel petere dilationem a dño rei. Dicit Thomas ꝙ eadem est ratio mercedis ⁊ rei iniuste detente. Sed de mercede mercẽnarij dicit̃ Leuit. xix. Nõ moretur opus mercẽnarij apud te vsqꝫ mane. Sed diceres nõ habeo. Illa bona sunt mihi ablata aut cõsumpsi: quõ restituere possum? Respondit Augustinꝰ: ⁊ ponit̃. xiiij. q. vj. c. si res. Plerũqꝫ em̃ inquit qui aufert aliquãdo amittit ea: siue malos patiẽdo: siue ip̃e male viuendo: nec aliud habet: vnde restituat. Huic certe nõ possumus dicere. Redde qđ abstulisti. Ideo dicit extra de resti. spolia. cap̃. olim. Non debent compelli ad restitutionem: qui non habent vnde restituant: donec ad pinguiorem perueniãt fortunã: quia inanis est actio quã inopia debitoris excludit. Hic ibi. Sed si persona est ei nota: tunc petat dilationem vel remissionẽ si saluo honore fieri potest. Doleat tamẽ ꝙ non potest restituere: ⁊ proponat restituere q̃cito poterit. Semper enim debet facere suum posse vsqꝫ ad mendicitatẽ. Correlarium primum. Grauiter ⁊ periculose videntur errare qui volunt rem alienam vsqꝫ ad mortem preseruare. Patet primo propt̃ incertitudinẽ mortis ⁊ loquele: quia incertum est: vtrum possumus habere vsum lin-

G

H

A gue ad disponendā restitutionē. Tum etiā propter infelicitatem heredum ⁊ hominuz quibus restitutio aliquādo cōmittitur quā min ime perficiunt. Ideo dicitur Hierem. xvij. Maledictus homo qui confidit in homine. Correlarium secundū. Non omnib⁹ indifferenter res aliena est restituēda: sed domino rei ⁊ suis heredibus est principaliter reddenda: vt patet Thobie. ij. cap. Ubi dicitur. Factum est autē vt mulier hedum caprarum accipiens: detulisset domi cuius cum vocem balantis vir eius scilicet Thobias audisset dixit. Videte ne forte furtiu⁹ sit: sed reddite eum dominis suis: quia non licet nobis edere de furto aliquid aut contingere. Ex hoc iam patet: q̄ restitutio rei alienc est domino rei facienda: non alijs indifferenter: quia dicit. Reddite eum dominis suis. Idem etiam habetur. iiij. q. j. reintegranda sunt omnia: spoliatis fere p totam questionem: ⁊ de restitutio. spolia. per totū. Fallit tamen hoc cū is qui dedit pecuniam: commisit turpitudinem in dando: vt patet in symonia. Et si dominus haberi non potest: aut quia mortuus est: tunc
B facienda est restitutio suis heredibus. Et hoc est verum: nisi aliter ordinatum sit in testamēto. Si enim ordinasset q̄ bona sua deberent distribui in pias causas: tunc nō heredibus sed executoribus facienda est restitutio. Si autem ignoratur dominus rei vel non inueniatur: tunc cum consilio et auctoritate ecclesie sue parochialis: distribuatur in pias causas: ⁊ hoc maxime in elemosynam pauperū vel in redemptionem captiuorum: ⁊ hoc in illa villa vbi fecit tale dampnum. Et si villa nescitur: saltē in illa dyocesi vbi facta est rapina. ¶ Tertia conclusio. Non solum fures ⁊ raptores principales obligantur ad restitutionem; verumetiam participantes ⁊ cooperātes. ad rei aliene ablationem. Patet per Esaiam prophetam dicentem. Principes tui infideles socij furum ⁊c. Esa. j. Item psalmista. Si videbas furem currebas cum eo Idem patet ad Roma. j. Non solum qui faciunt: sed qui consentiūt facientibus digni sunt morte: ⁊ lxxxvj. di. c. faciētis. Et sunt nouem qui participant in tali crimine: ⁊ tenentur ad restitutionem quilibet insolidū C et continentur in his metris. Jussio. consilium. consensus. palpo recursus. Participans mutus ⁊c. Et de his dictum est in septimo precepto. Sermone quarto.

Explicit Nonum preceptum.

¶ Incipit Decimū preceptum.

Non concupisces vxorē primi tui. Istud est decimum preceptū ⁊ vltimum: in quo prohibet⁹ oīs concupiscentia carnalis: sicut in nono precepto prohibetur concupiscentia oculoꝝ. Ideo autē dantur duo precepta prohibentia hanc duplicem concupiscentiam: eo q̄ ad has natura corrupta maxime inclinatur. Nam ad concupiscentiam oculorum inclinat⁹ per cōuersationez sui in esse indiuidui: sed ad concupiscentiam carnis ꝓpter sui cōseruationē in esse speciei. Peccant ergo primo contra hoc preceptuz oīes qui habent voluntatē violandi thorum proximi sui. Ubi considerandū est: q̄ si C dominus solum voluntatem huius peccati prohibet: quanto ergo rigore sue iusticie voluntatē suam facto implentes punict: ⁊ illos potissime q̄ pulchras: castas ⁊ ꝓbas vxores habētes animas suas diuina imagine insignitas: sordidis cōcupiscentijs aliarum maculant⁹ feminarū. Ad hanc vitandam monemur ex quattuor. Primo ꝓpter sanctoꝝ patrum imitationē. Scribitur em Gen. xxx. q̄ cum vxor putipharis principis exercitus Pharaonis videret Joseph pulchrum facie ⁊ decori aspectus: ⁊ diceret ei Dormi mecum. Ille abhorruit dicens. Dominus me⁹ mihi oīa tradidit: ⁊ nihil est q̄ nō est in ptāte mea preter te: quia vxor eius es: quō ergo hoc malū facere possuz? Thobie ꝙo quarto habet: q̄ inter alia documēta q̄ Thobias dedit filio suo hoc specialiter dixit. Attē de tibi fili mi ab oīi fornicatione: ⁊ preter vxorem tuam non patiaris crimen. De hoc singulariter gloriabatur sanctus Job. xxxj. capi. dicens. Si deceptum est cor meum super mulierē: ⁊ si ad ostium amici mei insidiatus sum: scortum

E sit alterius vxor mea: ⁊ super illam incurruentur alij. Secūdo debet vitari ppt̄ trāsgressor̄ correctionē. Scribit enī Gene. xx. q̄ cum Abraam egrederet egyptum dixit vxori sue. Noui q̄ pulchra sis mulier ⁊ cum viderint te egyptij dicturi sunt. Uxor eius est: ⁊ interficient me: ⁊ te reseruabūt. Dic ergo obsecro q̄ soror mea sis. Quod sic factum est: quia rex egypti concupiuit eam: et sic sublata est vxor Abrae in domū pharaonis. Cui dominus apparens per somnum dixit ei. Mortue morieris: quia vxorē alterius accepisti. Nec tamen mētitus fuit Abraam: quia vere soror eius erat: quia filia fratris eius ⁊c. Sed veritatē tacere voluit ⁊ mendacium non dicere: vt dicit Augustinus. Et ponitur. xxij. q. ij. Et hoc licet facere absq̄ peccato: saltem extra iudicium Etiam scribitur Danielis. xiij. quia illi duo senes qui per ardentem concupiscentiam rem turpem voluerunt agere cum Susanna vxore Joachim: iudiciali sententiā inF fecti sunt a deo: ⁊ saluatus est sanguis innoxius in illa die. Nam Daniel sanctus cōuicerat eos ponens eos in diuersis custodijs: ⁊ repperit eos mendaces: quia interrogati vnus dixit eos sub pruno peccasse. Dixit autem ei Daniel. Recte mentitus es ⁊c. Tertio propter christi prohibitionē: qui Matth̄. v. dicit. Dictum est antiquis. Non mechaberis: ſz ego dico vobis. Si quis viderit mulierem ad concupiscendā eam: iaz mechatus est eam in corde suo. Dubitatur quando concupiscentia est peccatū mortale: ⁊ quando veniale? Respondet Augustinus in libro de sermone domini in monte: dicens: q̄ concupiscere potest contingere tripliciter. Primo suggestione. Statim enī vel ex memoria vel ex vsu vel ex auditu aliquorum delectabiliū ſm tactum vel gustuz suggerit aliqua concupiscentia. Secundo delectatione: quia postmodum in concupiscentia illa signa gesta per visum ⁊ auditum anima incipit titillari aliqua delectatione optando illa delectabilia habere nondum deliberatione habita vtrum sit a deo prohibita vel non. Tertio consensione: quia si consentitur ⁊ deliberatur talis concupiscētia esse fienda vt oportunitate data quantūcunq̄ a deo prohibita opere compleatur et satietur. Primis igitur duob⁹ modis ſm Augustinū concupiscentia non est peccatū mortale q̄uis sit initium peccati. Sed tertio modo est peccatum mortale. Unde dicit Augustinus notabiliter christū dixisse. Non omnis qui viderit mulierem sed qui viderit mulierem ad concupiscenduz eam. id est hoc fine ⁊ hoc animo deliberato vt eam concupiscat quod non est iam titillare ex delectatione carnis sed deliberate consentire libidini vt non refrenetur illicitus appetitus sed oportunitate data satiaꝫ cōsensus. Quarto propter iuris canonici determinationem: vt patet. xxxij. questi. v. c. qui viderit mulierē: vbi dicitur aperte. Ueritas ostendit q̄ in solo visu turpiter virgo vel innupta concupiscit adulteriū perpetratur. Idem in. c. sicut enī. dicit Joannes Criso. Adulti enī corpore castigati studeant qui adulterium cōmittunt voluntate cū dominus dicat. Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam: iam mechatus est eam in corde suo. Ergo volūtas sine opere peccat frequenter. Ibidem in ca. si Paulus: ⁊ sicut est in periurio sic est in illo. Sed paratus peierare est periurus: vt patz in canone Qui peierare. xxij. q. v. Idem de furto: vt patet de peniten. dist. j. c. magna: q̄ votum pro opere reputatur. Dubitatur vtrum voluntas semper pro opere reputetur. Respōdet magr̄ Henricus de vimaria super eodem precepto dicens q̄ distinguenduz est. Quia autē voluntas habet facultatē operādi ⁊ sic non reputatur pro facto. In quo casu loquitur Ambro. ⁊ ponit. lxxvj. dist. c. Non satis est bene velle sed etiā bene facere oportet. Nec iterū satis est bene facere nisi procedat ex bono fonte. id est ex bona voluntate. Aut nō habet facultatē: ⁊ sic iterum distinguitur. Aut est voluntas mala: et sic semp reputatur pro facto: ⁊ semp est peccatū mortale in voluntate sicut ⁊ in opere: licz nō tantū sit malū sicut peccatū in voluntate ⁊ operatione simul: ⁊ illud est verum q̄tum ad iudiciū diuinū quod intuet cor. sed q̄tum ad iudiciū ciuile si voluntas suis terminis sit contenta nō punit: vt ptz de peni. di. j. c. Cogitatio. Ubi dic Gregori

A us. Cogitatio non merek penam lege ciuili cum suis terminis sit contenta. Ibidem. Cogitationis penam nemo meretur. Glosa dicit. Ab homine sed a deo bene. Sed si voluntas progreditur ad actum vel etiam ad conatum: sic in criminib⁹ maxime punik solus conatus: licet machinatio non habuerit effectum. Sed lex non minus ponit eũ qui causa occidendi inuentus fuerit cum telo q̃ eum qui occiderit: vt patet de pentẽ. distinc. j.c. In minoribus ꝙo criminib⁹ nõ punitur solus conatus: quia non sum fur si sum conatus furari. ff. de furtis. l. quia furti ꝛc. Aut voluntas est bona. Et tunc. aut illa que vult cadunt sub precepto aut sub consilio. Si primo modo. sic voluntas non reputatur pro facto: vt patet in ieunijs ꝛ huiusmodi ab ecclesia editis. Et hoc potissime quando voluntas habet facultatẽ progrediendi in opus. Si aũt cadit sub cõsilio sic distingue: quia aut illa respiciũt premiũ aureole ꝛ sic iterũ voluntas reputatur pro facto: vt patet de sancto Martino: de quo

B canit ecclesia. O sanctissima anima quam et si gladius persecutoris non abstulit: tamen palmã martyrij non amisit. Aut respiciunt premiũ aureole: ꝛ sic iterum volũtas non reputatur pro opere. Quia non sufficit pro premio aureole sola voluntas continendi: nisi actus cõtinentie in ope cõtineatur. Quinto est cõcupiscentia carnalis fugienda propter appetitus insatiabilitatem quia est ad modũ ignis inextinguibilis animam inflãmans. De q̃ scribit Job. xxxj. Ignis est vsq̃ ad cõsummationẽ deuorãs. Non solum eñ animã inflammat sed etiam inflammando incinerat. Et tunc superuenit soror eius superbia vite ꝛ auaricia: que animaz tanq̃ sitis inextinguibilis cruciat. Dubitatur vtrũ aliquis sanctoꝝ hic in vita fuerit sine cõcupiscentia carnali. Respõdet magister Augustinus de anchona. super Magnificat dicens: q̃ querere an aliquis sanctoꝝ fuerit sine carnali concupiscẽtia est querere an aliquis fuerit sine peccato. Hanc ergo questionẽ mouet Augusti. in li. de bap. par. dicens: q̃ aliud est querere: an aliquis sctõꝝ fuerit sine pctõ ꝛ aliud an posset esse ꝛ aliud an posset esse cur nõ est. Ad primũ articulũ an fuerit aliqs sanctorum sine concupiscentia carnali vel sine C peccato planũ est q̃ non: ꝓter christũ ꝛ matrem eius gloriosam: quia vox sanctoꝝ est illa. Non intres in iudicium cum seruo tuo domine: quia non iustificabit in conspectu tuo oñis viuens. Vox sanctorum est illa. Dixi confitebor aduersum me in iusticiam meam domino ꝛc. Et subdit. Pro hac. s. iusticia orabit ad te omnis sanctus in tempore oportuno. Item vox sanctoꝝ est illa. mitte nobis debita nostra: sicut ꝛ nos dimittimus debitoribus nostris ꝛc. Etiã vox sanctorũ est illa. Si dixerimus: quia peccatum nõ habemus: nosmetipsos seducimus et veritas in nobis non est. Unde Augustinus ibidem de illis. cxliij. milibus sanctorum qui cum mulieribus non fuerunt coinquinati: qui sine macula sunt ante thronũ dei: scriptum est de eis q̃ in ore eorum non fuit mendaciũ inuentũ. Q̃ si seipsos dixissent fuisse sine peccato: mendacium in ore ipsorum fuisset. Ad secundũ articulũ scz an possit esse. Respondit q̃ posset esse p gr̃am D dei cooperante libero arbitrio quia nec mãdata dei sine gratia dei seruari possunt. Unde cum propheta dixisset. Tu mandasti mandata tua custodiri nimis: statim adiũxit. Utinam dirigantur vie mee ad custodiendaz iusticiã tuam. Per qõ dedit intelligere nõ esse in potestate eius custodire mãdata dei sine gratia diuina dirigẽte. q̃ nemo optat obtinere: qõ est in sua potestate. Sed q̃tum ad tertium articulum. scz si potest esse cur non est. nec fuit? Respondit q̃ deus hoc permittit q̃ non sit propter repssionem humane superbie: aut ꝓpter cõseruationez diuine gratie per peccatũ. Ergo carnalem concupiscentiã nullus sanctoꝝ preter christũ ꝛ beatã virginẽ euadere potuit. Sexto talis concupiscentia est fugienda propter multoꝝ maloꝝ consecutionem Ideo dicit Eccli. xxv. Non cõcupiscas mulierem. Nam talis concupiscentia paradisum nobis abstulit: vt patet Geñ. iij. Et de hoc nota octo mala que malus amor mulierum nobis intulit in. vj. precepto in sermone. ij. et in membro. Dubitatur: vtrum concupiscentia carnalis fuerit aliqua lege

E prohibenda cum naturaliter insit homini Respōdet Augustin⁹ de anchona sup magnificat dicens: q concupiscētia potest accipi tripliciter. Primo vt est inchoata. Secundo vt est per cōsensum rationis deliberata. Tertio vt est per opus exterius consummata. Primo vt concupiscentia est nobis inchoata non est in lege prohibenda: q talis cōcupiscentia insurgit id nobis ex carne ⁊ inchoat in nobis absq; nostra voluntate. Nec est in potestate nostra q non insurgat: q lege phibet q p nostrā voluntatem possumus vitare. Est em talis concupiscentia inchoata vel initiata cohibenda ne pgressum faciat: ⁊ ne tantū insurgat q iudicium rōnis peruertat. Secūda ꝙo cōcupiscentia: que est per cōsensum rōnis bene deliberata est lege prohibenda: quia lex dat semp habenti rōnis vsum ⁊ liberū cōsensum. Unde exquo p rōnis ꝙsensum concupiscentia que insurgit in nobis potest ap probari: ⁊ non approbari ⁊ ei consentire ⁊ non consentire: potest talis cōcupiscētia lege prohiberi ne per rationē sibi consentiat F ſm quem modū prohibet quando dicitur. Non cōcupisces vxorē proximi tui. Ac si diceret lex cōcupiscentiā insurgentē in nobis de vxore proximi seu de aliqua inordinata delectatione non deliberata per rōnis consensum esse faciendaz: sed statim ipsam reprimatis ⁊ ipsi nō consentiatis per voluntatē cuius velle deus p facto putat. Sed concupiscentia opere exteriori cōsummata est punienda: quia tunc potest esse nota iudicio humano: quando iam per opus consummata est ⁊ completa. Cum homo illa debeat penitere que forīs apparent ⁊ que sibi possunt esse manifesta iudicio probationis ⁊ allegationis. Ergo concupiscētia inchoata est cohibenda. cōcupiscētia ꝙo deliberata est lege prohibenda. Sed cōcupiscentia opere: ꝙsummata est lege humana et diuina prohibenda. Ergo dicit dom⁹. Non concupisces vxorem proximi tui. Judei dicunt q hic non prohibet concupiscentia nisi aliqualiter prumpat in actus exteriores sicut ex concupiscentia aliene vxoris aliquis mouetur ad tangendā eam impudice vel sollicitando eam verbis vel muneribus: ⁊ ſm hoc dixerūt aliqui doctores nostri q lex vetus prohibeat manum ⁊ nō animū: vt habetur in glosa super epistolaz ad Philippens. iij. c. Sed contra illos dicit Nicolaus de lyra sup illud Exodi. xx. Non cōcupisces vxorem proximi tui dicens. Dicere q actus interior volūtatis nullius sit reatus: nisi aliquo modo prumpat in actū est multum irrationabile. cum ratio peccati magis accipitur a mala voluntate interiori q̄ etiam ab actu exteriori. Quia si nullo modo est voluntariū. nullo modo est peccatū: vt patet in amentibus ⁊ pueris. Jdeo dicit. xij. q. j. c. Ex volūtate itaq; peccata procedunt q̄ libero mentis arbitrio ⁊ delinquētis ppositō cōmittunt. Infra dic̄ Aug. in li. retractationū. c. Usq; adeo pctm̄ est volūtariū malū vt nullo modo sit pctm̄ nisi sit volūtariū. Ibidē in. c. merito: ⁊ .c. Illa cauenda sunt: q̄ ex nostra volūtate pcedūt. Hec Amb. Et volūtas est causa oīs vicij ⁊ mali ⁊ virtutis. lvj. dist. c. Nasci. ⁊. xviij. q. j. c. Statutum.

¶ Non cōcupisces vxorem pximi tui. B

Secundo peccant ꝙtra illud preceptū Nō cōcupisces vxorem proximi tui: q̄ formant sibi imagines de vxore pximi: cogitantes q̄ sit pulchra q̄ amabilis q̄ sit gratiosa. ¶ Conntra quod prochdolor faciunt tā viri q̄ mulieres ⁊ virgines. ¶ Primi sunt virgines ⁊ femine seculares q̄ statim vt viros aspiciunt: grauibus cogitationibus agitant. A quo tamē ppheta hortatur dicēs. Beatus qui tenebit. i. restringit impetum ⁊ motū illicite cogitationis ⁊ allidit paruulos suos. i. prim⁹ motus carnalium delectationū ad petram. i. ad chīm se exemplis ꝙfortādo: qui nunq; pertulit aliquē motū illicitū sensualitatz. Et sic faciūt viri ⁊ femine seculares qui licet nolunt cōcupiscere nec etiā cōcupisci: volunt tamen agere festū cum reliquijs turpiū cogitationum: qō nimis est periculosum. Quia faciliter ex hoc peccatū mortale incurrit. Uō probat Jacobus apostolus in sua canonica dicens. Concupiscentia autē. i. interior animi delectatio cum cōceperit subaudi cō sensum rōnis: vel ipam delectationē interiorem: aut etiā in opus extrinsecū prorupe-

rit: generat mortē. i. mortale peccatū. Ut
A aūt patefiat euidentius: quando cogitatio
sit peccatū mortale vel non. Sciendū q̄ du
plices motus p̄cedunt in nobis: cogitatio-
nem morosam scz motus primi qui sunt mo
tus in carne siue in sensualitate qui plene i
potestate nostra non sunt. Secundo mot⁹
subrepticij in rat̄e vel voluntate. Et post
hos motus videt sequi cogitatio morosa.
Quia dicit morosa non ex mora temporis
sed ex eo q̄ ratio deliberans circa eam im
moratur: nec tamen eam repellit vel tenēs
vel voluēs eam libenter. Que statim vt at-
tigerunt animū: respui debuerūt. Talis q̄-
dem cogitatio si sit de re licita: non oportet
dubitare an sit peccatū. Si autē est de re il
licita: ita tamen q̄ super eam non cadit nisi
veniale peccatū: tunc talis morosa cogita-
tio p̄ se loquendo nō excedit limites pecca-
ti venialis. Si autē sit illicita q̄ super eam
cadit mortale peccatum: tunc adhuc est di-
stinguendū. Quia aut talis cogitatio mo-
rosa versatur circa huiusmodi solum specu
B latiue. Et si adhuc non est peccatū: licet ra
tione materie sit periculosum. Aut versat
cogitatio circa illam rem per cōsensum de-
lectationis: ꝛ hoc est dupliciter. Aut p̄ cō-
sensum delectationis in cogitationē: ꝛ ta-
lis delectatio de genere suo nō est peccatū
mortale: sed quādoq̄ veniale: quādoq̄ nul
lum: puta cum speculando de fornicatione
in ipsa speculatione delectatur carnaliter.
Sed quia speculatio placet. Aut cōsensus
est in delectatione de ipa re ꝛ actu fornica
tionis: sic est mortale peccatuz. Qz eñ ali-
quis cogitās de fornicatiōe: delectetur de
ipso actu cogitatio: hec contingit ex hoc q̄
affectio eius est inclinata ad hunc actum: ꝛ
delectatur in ea. De illis dicitur Sapieñ.
j. Peruerse cogitationes separant a deo.
¶ Secundi sunt sacerdotes ꝛ clerici secu-
lares: cogitantes ꝛ in mente reuoluentes
imaginem vxoris proximi q̄ pulchra ꝛ q̄
formosa sit: immo disputant aliquando de
formis earundem mulieruz. Contra quos
Hieronymus ad rusticum monachum. Et
ponitur. xxxij. distin. cap. hospiciolum. di-
cit. Raro vel nunq̄ de formis mulierū di-
sputes: vt dicendo. Illa est pulchra: illa est
feda. Illa habet magnū culum: illa ꝓ par
uum. Illa collum habet longum. Illa ꝓ C
breue. Illa habet rubeos oculos: ista ni-
gros ꝛc. ¶ Tertij sunt persone religiose: li
cet sunt ficte: qui postq̄ deo se voto conti-
nentie astrinxerunt: adhuc delectantur in
spurcitijs carnaliū delectationū. Isti sunt
similes filijs israel qui egredientes de egy-
pto: manna celeste fastidiebant: ꝛ cibaria
vilia egypti appetebant. Sic ꝛ isti renun-
ciātes tanq̄ ab egypto recedentes ꝛ p̄ vo
tum continentie: paupertatis voluntarie:
ac vere obedientie: terre promissionis ap-
propinquantes: adhuc in deserto positi: in
statu religionis cōstituti. In quo oīa de-
lectabilia carnis ꝛ mundi per voluntariū
contēptum deserentes: adhuc cibaria vilia
egypti appetunt: ꝛ cibum celicū. i. suauita-
tem eterne deuotionis fastidiunt: q̄uis in
se retineat oīe delectamentū: oīis sapo-
ris suauitatem Sapieñ. xvj. Sed vt quili-
bet se valeat a tali fedo concupiscentia car-
nali p̄seruare: debet obseruare nouem. Pri- D
mo debet sensus suos custodire: ꝛ p̄sertim
oculos claudere ne in aliquā feminā figā-
tur: sm q̄ dicit Aug. in regula. Ideo dicit
Job. Pepigi fedus cum oculis meis: ne q̄-
dem cogitarem: de virgine. Super quo di
cit Grego. Ut munda sit mens in cogitatio-
ne a lasciuia voluptatis: deprimendi sunt
oculi carnis: quasi quidā raptores ad cul-
pam. Uñ Hugo super regulā Augustini su
per illud. Oculi vri si iaciantur in aliquā fe
minarū in nullā figant dic̄. Per illicitū vi-
sum cōcupiscētia orit: p̄ quā cū mētis inte-
gritas violat: necesse est vt seruus dei vi-
sum suū reprimat: ne p̄ concupiscentiā ꝛ im̄u-
dicā cordis deū offendat: ꝛ p̄ hoc in p̄cipi
tiū ruat. Uñ dicit Job. Pepigi fedus cum
oculis meis ne quidē cogitarē de virgine.
Et Hieremias dicit. Intrauit mors p̄ fene
stras nr̄as. Glo. Mors aie p̄ fenestras ocu
lor̄ ꝛc. Exēplū ptz in Dauid sanctissimo q̄
in feminam non solum oculos iniecit: sed ꝛ
fixit: illicito appetitu deuictus: adulteriuz
et homicidiū ꝑpetrauit. Si g̃ tātus vir per
incustodiam oculor̄ cecidit: nos qui longe
ab eius sanctitate distam⁹: tā mortale p̄ci-
pitiū cauere debemus. Legit in vitas patr̄

E de quodã: qui noluit sororem suam alloqui nisi clausis oculis. Scõo debet psortiũ mulierũ fugere. Unde Ambrosius ad rusticum monachũ. Hospitiolũ tuũ inquit raro vel nunq̃ mulierũ pedes terant: nec sub eodẽ tecto cum eis manseris: nec in p̃terita castitate confidas: q̃ nec Dauid sanctior: nec Salomone sapientior: nec Sãpsone potes esse fortior: qui tñ p mulieres lapsi sunt. Uñ miro modo sancti patres fugiebant consortia feminarũ. Propter qõ beatus Augustinus nec cum sorore sua habitare voluit dicens. Que cũ sorore mea sunt: sorores mee nõ sunt. Refert btũs Grego. in li. dyal. de quodã presbytero moriente: cum quedam mulier pscrutaret de expiratione eius dicebat ei. Recede mulier: adhuc em̃ ignis culus in me viuit: tolle palliũ. Et ergo nõ solum debẽt fugere psentiã corpalem: sz etiã presentiã intẽtionalẽ: vana de eis cogitando. Exemplũ ptz in beato Arsenio: q̃ mulieri nobili roganti: vt sui memoriã haberet in oronibus suis. Rñdit. Ego oro deuz vt deleat memoriã tui de corde meo. Et quãdo quis nõ potest vitare presentiã eius: vl aspectum: saltem euitet contactũ: quia caro mulierũ ignis est. Unde apls. j. ad Corinth. vij. Bonũ est inquit homini mulierẽ non tangere. Propter fornicationẽ autem vnusquisq̃ suaz vxorẽ habeat: z vnaquecq̃ suum virum habeat. Uxori vir debitũ reddat: similiter autẽ z vxor viro ẽ. Cuius exemplũ patet in Leone papa: cuius manum dum quedam matrona osculata fuisset: tam vehemẽs tentatio carnis in eo insurrexit: vt sibi manũ amputaret. Que postea per beatam virginẽ ei est restituta: vt dicit Martin9 in cronica sua: z habẽt etiã in passionali. Discant ergo q̃ periculosum sit mulieribus ingredi claustra religiosor: et periculosum sit viris claustra monialiũ: q̃ debent continẽter viuere ingredi. Ideo dicitur ex de vita z honesta. c. Monasteria sanctimonialiũ si quisq̃ clericus sine manifesta nec nõ rationabili causa frequentare presumpserit: per episcopũ arceatur. Et si non destiterit: ab officio ecclesiastico reddatur immunis. Si layci: ex cõmunicationi subdant. Tertio debent carnem suã macerare per ieiuniũ z subtractionẽ alimentorũ. Propter qõ Aug. in regula p̃cipit dicens. Carnẽ vestrã domate ieiunijs z abstinentia esce z potus: quantũ valitudo p̃mittit. Signanter ait. Domate: quia vt ait Hieronymus. Nihil sic inflammat corpora nostra z titillat membra genitalia: sicut indigestus cibus z potus: quia venter mero estuans: cito spumat in libidinem: propter quod sancti patres artissima ieiunia seruauerunt. Sicut legit in vitaspatrũ de Hylarione: q̃ quinq̃ caricis in die fuit ptentus et aquã bibit. Itẽ de beato Nicolao de tolẽtino legit: q̃ infra triginta annos nunq̃ carnes: oua: pisces aut aliqua pinguia aut lacticinia manducauit. Et nõ solum debet se castigare cũ ieiunijs: sed etiã cũ vigilijs et disciplinis z p aspitatẽ vestiũ z duriciẽ strati z p plagas verberũ z hmõi. Exẽplo apli qui sentiẽs stimulũ carnis. j. ad Cor. ix. Castigo inquit corpus meũ z in seruitutem redigo. Itẽ idẽ ptz in btõ Hieronymo qui grauiter vexabat passione stimuli carnis: ita vt diceret in epistola ad Eustochiũ Quotiens egoipse in heremo constitutus: putabã me romanis interesse delicijs: scorpionũ z ferarum tm̃ socius sepe chorris intereram puellarũ. Pallebãt ora ieunijs: et mẽs desideriis estuabat. In frigido corpore sola libidinũ incendia bulliebant. Aliud exemplum patet in ipso beato Benedicto: qui cum ex recordatione cuiusdã femine quã aliquãdo viderat instinctu diaboli tentationis igne inflãmatus esset proiecit se nudum in vrticarũ z spinarũ z vepriũ densa frutecta: z se in illis spinarũ aculeis et vrticarum incendijs tamdiu volutabat: donec ex eis toto corpore vulneratus exiit Et sic per cutis vulnera eduxit a corpore vulnus mentis. Aliud exemplum in vitaspatrum dicit de quodam solitario. Apud quẽ cum quedaz mulier hospitata esset de nocte: z diabolus stimularet cor eius in eã ipse accensa lucerna mittebat digitum suũ in lucernã. Quẽ cum accendisset ardorem non sentiebat propter nimiã flammã cõcupiscentie carnalis. Et ita vsq̃ mane faciẽs incendit omnes digitos suos: z sic mansit immaculatus: debet etiam in hora tentati-

Societ Jesu Paderborna

Es fehlt nichts wich.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN




Th
6219
UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN